omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis sub hiisdem metis et terminis, sub quibus per eosdem hospites dicta terra limitata fuerat seu possessa, et ut populi liberi sint ab omni honere castrensi, ad ipsam terram venire volentes causa commorandi, habito consilio omnium Baronum nostrorum, qui presentes aderant, predicto Comiti Gyarmano et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, Regni autem nostri anno primo. Venerabilibus patribus Lodomerio Strigoniensi, Johanne Colocensi et Johanne Spalatensi Dei gracia Archiepiscopis, Petro Transiluano, Andrea Agriensi, Gregorio Chanadiensi, Andrea Jauriensi, Benedicto Waradiensi, Ladizlao Wachiensi, Benedicto Wesprimiensi, Johanne Zagrabiensi, Pouka Syrmiensi, et Pasca Nitriensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Johanne Magistro Tauarnicorum nostrorum et Comite Supruniensi, Nicolao Palatino et Comite Symigiensi, Henrico Bano tocius Sclauonie, Rolando Woyauoda Transyluano et Comite de Zonuk, Mykou Magistro Agasonum nostrorum. Ladizlao filio Stephani Magistro Dapiferorum nostrorum, Jacobo Magistro Pincernarum nostrorum, Gregorio Bano Comite Nitriensi, et alijs quam pluribus tenentibus Comitatus Regni et honores.

(Az eredeti után.)

16.

III. Endre király parancsa János főtárnokmesterhez, hogy a vasvári vendégeket Makwai birtokukban védje. 1291.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie dilecto sibi et fideli (Johanni) Magistro Tawarnicorum suorum, Comiti Soproniensi salutem et graciam plenam. Dicunt nobis hospites nostri de Castro Ferreo, quod Comes Andreas filius Chopon terram eorum Makwa vocatam indebite occupatam potencialiter destineret, in eorum preiudicium et grauamen. Quare fidelitati vestre mandamus precipientes, quatenus prefatos hospites in possessionem ipsius terre restituatis justicia mediante, et super ipsa terra conseruetis; nam volumus, vt ipsi hospites in eorum juribus illese conseruentur. Datum Albe in festo Petri et Pauli Apostolorum.

(Garai Miklós nádor 1879-ki itéletlevelében, mely a nemzeti muzeum kézirati gyűjteményében őriztetik.)

17.

III. Endre király megerősíti a borsmonostrai apátság számára IV. Béla király 1233-ki adományát, és IV. László király 1277-ki ezt megerősítő okmányát 1291.

Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempi-

ternam. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Abbas et Conuentus Monasterii Beate Virginis de Monte Sancte Marie de Kedhel ad nostram accedendo presenciam exhibuerunt nobis exemplar priuilegii Ladislai Inclyti Regis Hungarie patruelis fratris nostri super terra Sydan vocata confectum, petentes a nobis cum instancia, ut nos exemplar ipsius priuilegii ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem exemplaris priuilegii tenor talis est:

Nos Ladislaus stb. (következik IV. László király 1277-ki megerősítő okmánya, mely olvasható Okmánytarunk IV. kötetében 77. l.)

Nos itaque attendentes peticionem eorundem Abbatis et Conventus Monasterii de Monte Sancte Marie fore iustam, considerantesque exemplar privilegii eiusdem Regis Ladislai fratris nostri non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum, tenorem eiusdem de verbo ad verbum presentibus insertum, maxime cum collaciones progenitorum nostrorum Ecclesiis rite et legitime factas nollimus retractare, ratum habentes et acceptum, authoritate presencium confirmamus dupplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Prepositi Albensis, aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, quinto nonas Augusti, Regni autem nostri anno primo.

(Hevenesi kézirati gyűjteménye LIX. köt. 426. l.)

18.

III. Endre király megerősíti II. Endrének 1226-ki okmányát, melylyel Tivald nevű vitéz jeles tettét jutalmazta. 1291.

Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bwlgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Nicolaus et Johannes filii alterius Nicolai olim Barna, nobiles de Comitatu Gumuriensi ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegiales litteras domini olim Andree Regis aui nostri charissimi super collacione terre Ezyrend olim antecessori eorum Thywaldo anno M° ducentesimo supra vigesimum sexto confectas, petentes a nobis cum instancia, vt ipsas priuilegiales litteras ratas habere et nostro quoque priuilegio de benignitate Regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est:

Andreas Dei gracia Hung. stb. Rex stb. (következik II. Endre király 1226-ki okmánya, melyet Okmánytárunk I. kötetében 217. sk. ll. közöltünk.)

Nos itaque considerantes fidelitates et seruicia presertim dicti Nicolai vduornici nostri dicti Barna, ac fratris eius Johannis, que in expedicionibus diuersis Regni nostri laudabiliter impederunt, et prout nobis relatum est, in posterum quoque impendere appromittunt; attendentesque ipsas litteras priuilegiales domini Regis Andree non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, tenorem earum de verbo ad verbum presentibus insertum ratum habentes et acceptum auctoritate presencium confirmamus, duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno Domini

M° CC° nonagesimo primo octauo kalendas Septembris, Regni autem nostri primo.

(Ezen okmány másolatát velünk T. cz. Meletei Barna Mihály úr közölte. Eredetiét nem láthattuk. Különben lásd megjegyzésünket Okmánytárunk I. kötetében 219. l.)

19.

III. Endre király megparancsolja János mesternek, Miklós bán fiának, hogy Ilmücz falut, melyet jogtalanúl foglalt el, Herbord mesternek, Herbord fiának, bocsássa vissza. 1291.

Andreas Dei gracia Rex Vngarie, fideli suo, magistro Johanni filio Nicolai Bani salutem et graciam. Magister Herbordus filius Herbordi nobis est conquestus, quod cum quandam possessionem ipsius Ilmeuch vocatam, indebite occupatam detineres, in ipsius preiudicium et grauamen. Igitur fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus, quatenus possessionem memoratam dicto magistro Herbordo reddas et restituas pleno iure, prout ipsius fuisse dinoscitur ab antiquo, et de dampnis seu nocumentis eidem illatis iusticie facias complementum, et aliud non presumas ullomodo. Prope Nouam Ciuitatem Dominico die post festum Beati Luce Ewangeliste.

Kivülről. Magistro Johanni filio Nicolai bani.

(Eredetie a gróf Teleki család magyarországi ágának levéltárában Gyömrőn. Miután III. Endre 1291-ben táborozott Német-Ujhely és Bécs környékén, s Albert ausztriai herczeggel folytatott háborúját még ez évi augustus 26-dikán békekötéssel befejezte: kétségtelen hogy e levél 1291-ben kelt. *Szabó Károly*).

20.

III. Endre király Dénes grófot Jurk fiát Radván birtok felével adományozza meg. 1291.

Andreas Dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in eo, qui est vera salus. Quod Regia auctoritate sancitur, perpetuo innititur fundamento firmitatis. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod Comes Dyonisius filius Jurk in nostre Majestatis presencia constitutus humili suplicacione a nostra Serenitate postulauit, vt dimidietatem terre Raduana, cujus aliam medietatem Dominus Rex Ladislaus felicis recordacionis frater noster patruelis mediante suo priuilegio eidem dinoscitur contulisse, prout in ejusdem domini Ladislai Regis priuilegio nobis exhibito vidimus contineri, simul cum terris piscatorum nostrorum, que nostre pertinent Majestatis collacioni, misso homine nostro metis distinctis eidem conferre dignaremur. Nos igitur attendentes fidelitates et seruicia meritoria eiusdem Comitis Dionisii, que nobis in omnibus expedicionibus nostris et Regni nostri cum feruore supreme fidelitatis laudabiliter impendit et deuote, non parcendo suis rebus aut persone, peticionem ejusdem — — — de consensu et consilio venerabilium patrum domini Lodomerii Strigoniensis et Johannis Colocensis Dei gracia Archiepiscoporum, Dominici Magistri Tauarnicorum nostrorum et magistri Demetrii Comitis de Zolum, nec non et aliorum Baronum nostrorum admittere in premissis cum effectu volentes statuimus, vt ipse due dimidietates seu partes terre Raduana, simul cum aliis particulis de terris piscatorum nostrorum additis, per magistrum Alexium aule nostre fidelem Notarium et Philippum Vice-Comitem de Zoulum reambulate metis distinctis, eidem Comiti Dionisio, Thome et Nicolao filiis

suis perpetuo possidende statuantur. Qui quidem magister Alexius et Comes Philippus presentibus et conuocatis omnibus commetaneis et vicinis, et specialiter Samuele, Preuchel et Michaele filiis Sauli, et hospitibus de Bezterchebana, populis nostris de Keremchey et Ceged, nullo penitus contradictore existente ipsi Comiti Dionisio et pretactis filiis suis statuisset distinctis metis tali modo: Quod incipiendo a quodam puteo, qui est sub alpe, per quam transitur in Turuch juxta magnam viam, ut in eadem via eundo cadit in fluuium Chevnichey; in eodemque fluuio descendendo inferius abhinc venit ad magnam viam similiter de Turuch, que separat a metis ciuitatis de Bezterchebana, et eundo in ipsa magna via cadit in riuulum Udurnya versus Goron, et sic transit Goron directe ascendit ipsa meta ad montem Urpyn per quemdam verticem lapideum, et sic transiens vadit in vertice montis Urpyn circa vnum pratum, quod pertinet ad terram Raduana usque ad finem ipsius montis; deinde declinat versus partem dextram ad quemdam monticulum communem, et ibi vadit in capite riuulorum, qui currunt de ipso monticulo in Goron, et ibi vadit ad meatum cujusdam riuuli, ubi eciam particula silue, que Buykbyky vocatur, qui meatus riuuli separat terram Raduana a terra filiorum Sauli, et sic in ipso riuulo vadit in Goron; parumque descendendo in Goron exit in quemdam fluuium Kalnukpotok vocatum, qui fluit in Goron a parte septemtrionali, et sic ascendens vadit vsque ad caput ipsius fluuii, vbi eciam est vna magna arbor, que vulgariter *twlg* dicitur, que separat terram Raduana a terra Keremchej; deindeque ascendit ad vnam siluam magnam vbi cadit in fluuium Malaho, et sic ascendit vsque ad caput fluuii; deinde descendens venit circa domum Ceged in eodem fluuio, et deinde exiens vadit ad viam, que ducit in Turuch, et sic in ipsa via vadit vsque ad fluuium Udurnya, et ita parum ascendendo exit ad alium riuulum, qui transit ad quasdam virgultas, vbi eciam est vnus puteus, et deinde tendit versus magnam siluam, et in illa magna silua vadit ad vnum montem, qui Aryuberych dicitur; deinde vadit ad Iuanche et sic transiens per quendam beyerch, qui separat de Turuch, redit ad eundem puteum vbi incipiebatur, et sic terminabatur. In cujus rei memoriam seu donacionis fir-

mitatem eisdem Comiti Dionisio, Thome et Nicolao filiis suis ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus, vt eedem terre per ipsos more aliorum nobilium in Comitatu de Zoulum possessiones habencium inretractabiliter possideri valeant et haberi, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M. CC. nonagesimo primo, Regni autem nostri anno secundo.

(A kir. fiscus és Beszterczebánya sz. k. város közti permelléklet.)

21

III. Endre király a regensburgi kereskedők számára megujítja és megerősíti a IV. Béla királytól nyert jogokat és szabadságokat. 1291.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex viris prouidis et discretis, sibi amabilibus et deuotis vniuersis mercatoribus Radisponensibus et pertinentibus ad eosdem salutem in actore salutis. Quia de confluencia mercatorum inhabitancium commoditas et vtilitas alterutrim procuratur; cupientes, ut uobis et alijs mercatoribus in partes Regni Hungarie cum suis mercibus descendere uolentibus omnis inmunitas et securitas prebeatur, de uoluntate et conniuencia venerabilium patrum Archiepiscoporum et Episcoporum, nec non et omnium Regni nostri Procerum et Baronum conniuencia et assensu sub iure iurando firmamus hac pragmatica sanccione, ut quicunque mercatorum in Regnum nostrum cum sua descendere uoleant (így) mercatura, ea gaudeant libertate, eoque beneficio perfruantur, quod tempore Serenis-

simi Bele Regis aui nostri karissimi clare memorie habuisse noscuntur. Ad vberiorem statum ipsorum maiorem eciam graciam impensuri, prout rerum utilitas et commoditas suadebit, volentes, et in nostram fidem Regiam assumpmentes, ut in veniendo, morando, et redeundo plena securitate gaudebunt cum omnibus rebus suis, iusto et antiquo telonio persoluto; cum noua telonia conficta et indicta potencialiter tempore inpacato omnino preceperimus aboleri, suscipientes uos tanquam speciales nostros in sinum Regalis gracie ab omnium molestacionibus penitus eximendos. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magisiri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo primo. Ad maiorem eciam cautelam venerabilium patrum Lodomerii Dei gracia Strigoniensis, et Johannis Colocensis Archiepiscoporum sigilla autentica presentibus inseri fecimus et apponi.

(Eredetie, melyről a királynak kettős és a két érsek pecsétei függnek, a bajor királyi országos levéltárban, a Ratisbona czímű osztályban. Kivonatát kiadta Gemeiner C. T., Chronik der Stadt Regensburg, I. köt. Regensburg 1800. 432. l. és utána Fejér Cod. Dipl. VII. köt. 2. r.148. l.)

22.

III. Endre király átírja és megerősíti IV. László királynak 1277. évi levelét, melylyel ez a pozsonyi káptalan birtokát megerősítette. 1291.

Andreas Dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex vniuersis presentes litteras intuentibus, salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie wolumus peruenire, quod discretus vir magister Haab Prepositus et Capitulum Ecclesie Posoniensis fideles nostri ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis priuilegium domini Ladizlai clare memorie Illustris quondam Regis Vngarie, patruelis nostri karissimi, super facto, seu donacione quarumdam villarum Samud, Welk et Kurth uocatarum, ac super quibusdam piscaturis, olim confectum, petentes a nostra Celsitudine cum instancia, vt donacionem de predictis villis et piscaturis Prepositure et Ecclesie Posoniensi factam ratam habere, et ipsum priuilegium domini Ladizlai Regis innouando, nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Ladizlaus stb. (következik IV. László király 1277-ki okmánya, mely olvasható Okmánytárunk IV. kötetében 81. l.)

Nos igitur peticionem dictorum magistri Haab Prepositi et Capituli Posoniensis fidelium nostrorum considerantes fore legitimam et consentaneam racioni et ea, que per ipsum dominum Regem Ladizlaum patruelem nostrum intuitu pietatis, ac pro remedio anime suorum progenitorum, Illustrium Regum Hungarie ac ipsius, prefato Preposito et Capitulo Posoniensi data et collata exstiterunt, rata habentes et nichilominus approbantes, predictum priuilegium innouando et de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo, de Prelatorum et Baronum nostrorum, qui presentes aderant, consilio, duximus confirmandum. Ita, quod presens nostri (így)

ratihabicio, innouacio et confirmacio prioris donacionis irreuocabile et perpetuum sit munimen. Volentes et edicto Regio, perpetuo duraturo, concedentes, quod prenotatas terras, simul cum piscaturis ac earumdem vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, memorati Prepositus et Capitulum Posoniensis Ecclesie perpetuo possideant pacifice et quiete. In cuius memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Theodori Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo primo. Regni autem nostri anno secundo.

(Kiírva a Capsa C Fasc. 7. Nro. 73. számból. A pozsonykáptalani magánlevéltárból. *Knauz.*)

23.

III. Endre király átírja és megerősíti IV. Lászlónak 1278 és 1280 évi két levelét, melyekkel László király a pozsonyi prépostnak és káptalannak Szelinch és Flecendorf birtokokat adományozta. 1291.

(A)ndreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod discretus uir magister Haab Prepositus et Capitulum Ecclesie Posoniensis fideles nostri, ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis duo paria priuilegiorum domini Ladizlay clare memorie Illustris Regis Hungarie, patruelis nostri karissimi, vnum scilicet super donacione quarumdam terrarum Zelench et Flecendorf uocatarum, per eundem dominum Ladizlaum Regem Ecclesie San-

cti Saluatoris de Posonio facta, aliud par super collacione cuiusdam terre similiter Zelench nuncupate; petentes a nostra Maiestate cum instancia, vt donacionem de predictis terris, ipsi Ecclesie Sancti Saluatoris factam, ratam habere et eadem priuilegia nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quorum quidem priuilegiorum vnius tenor talis est:

Ladizlaus stb. (Lásd Fejér Cod. Dipl. V. köt. 2. r. 521. l. hol azonban hibásan tétetik 1279 évre.)

Item alterius priuilegij forma talis est:

Ladislaus stb. (Lásd felebb Okmánytárunk IV. kötetében 214. l.)

(N)os igitur peticionem dictorum Prepositi et Capituli Posoniensis considerantes fore legitimam et consentaneam racioni, et ea, que per ipsum dominum Ladislaum Regem patruelem nostrum, intuitu pietatis prefate Ecclesie Posoniensis data et collata extiterunt, rata habentes, et nichilominus (így) approbantes, predicta priuilegia de uerbo ad uerbum presentibus inseri faciendo, de Prelatorum et Baronum nostrorum, qui presentes aderant, consilio, duximus confirmanda, ita, quod presens nostra ratihabicio et confirmacio, prioris donacionis irreuocabile et perpetuum sit munimen. Volentes et edicto Regio, perpetuo duraturo, concedentes, quod prenotatas terras, cum earum vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, memorati Prepositus et Capitulum Posoniensis Ecclesie perpetuo possideant pacifice et quiete. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Theodori Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo primo, Regni autem nostri anno secundo.

(Hártya. A pecsét vöröszöld selymen függött. Pozsonykáptalani magánlevéltár, Capsa C. Fasc. 6. Nr. 65. *Knauz.*)

24.

III. Endre király Jakab, Vince fia, pozsonyi polgár számára megerősíti IV. László királynak Plum nevű birtokra vonatkozó adományát. 1291.

(A)ndreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis Comitis Jacobi filii Vinci ciuis Posoniensis fidelis nostri, quo nobis post adepta gubernacula nostri regiminis exhibuit et impendit, quandam terram castri nostri Posoniensis Plumo uocatam, vacuam et habitatoribus destitutam per dominum Regem Ladizlaum fratrem nostrum patruelem ei mediante suo priuilegio collatam, et per ipsum Jacobum usque modo possessam, ipsi Jacobo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo pacifice possidendam sine preiudicio iuris alieni, secundum quod per dominum Regem Ladizlaum fratrem nostrum patruelem ipsi Comiti Jacobo donata dinoscitur et collata. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo primo V. kalendas Novembris, Regni autem nostri anno II-o.

(Eredetie Pozsony város levéltárában.)

25.

IV. Miklós pápa Magyarország főpapjainak, főurainak és keresztyén lakosainak meghagyja, hogy Jánost jesii püspököt, kit apostoli követül az országba küldött, segítsék. 1291.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Prepositis et aliis Ecclesiarum Prelatis per Regnum Ungarie constitutis salutem et Apostolicam benedictionem. Etsi Romana Ecclesia, cunctorum mater et magistra fidelium, circa salubrem Regnorum totius Christianitatis statum sollicitudinis studium gesserit diligentis, a longis tamen retro temporibus circa statum Regni Ungarie prosperum et votivum se cura pervigili et quadam sollertia speciali attentam exhibuit, et exhibere non cessat, et tam per Legatorum ac Nuntiorum missiones accomodas, prout temporum qualitas exigebat, quam alias etiam multipharie multisque modis laborare studuit, ut status eiusdem Regni devotos soliti producere filios pacificis et tranquillis successibus fulciretur, Deo gratus existeret, ac salubris haberetur et utilis incolis dicti Regni, et ut fides Catholica, per quam celestis beatitudinis acquiritur gloria, radicibus solidis firmaretur et stabilibus manuteneretur studiis in eodem. Unde felicis recordationis Nicolaus Papa III. predecessor noster, perducto ad eius notitiam valide turbationis discrimine, quod in Regno ipso tempore quondam L. Regis Ungarie nuper sublati de medio imminebat, et alia, que dampnatis ausibus perpetrabantur ibidem in derogationem non modicam fidei Christiane, conculcationem ecclesiastice libertatis et oppressiones multiplices Prelatorum, Ecclesiarum, monasteriorum et aliorum piorum locorum Regni predicti, volens tantis et tam gravibus obviare periculis, et Cleri ac Baronum et populi eiusdem Regni dispendiis compatiens ex affectu, ad Regnum ipsum venera-

bilem fratrem nostrum . . . Firmanum Episcopum, virum utique providum et discretum, virtutibus preditum et iustitie zelatorem, cum plene legationis officio destinavit, ut indirecta dirigeret, errata corrigeret et deformata prudenter reformaret, ac evelleret et destrueret vitia, plantaretque virtutes, ac iuxta gratiam a Domino sibi datam huiusmodi periculis obviaret: per cuius ministerium providum et prudentiam circumspectam multa, prout in partibus illis non habetur incognitum, ad bonum et laudabilem statum personarum ecclesiasticarum et secularium dicti Regni statuta et ordinata fuerunt, oculis Divine Maiestatis accepta, et ipsi Regno ac eius habitatoribus fructuosa. Quorum aliqua per iamdictum Regem promissa (et) iurata fuerunt sub obligatione sua et etiam dicti Regni: sed idem Rex promissione, iuramento et obligatione huiusmodi omnino contemptis, predicta non servavit, dum viveret, et se recognovit etiam non servasse, sicut ea per patentes apparent apertius litteras, que in archivo Sedis Apostolice conservantur: propter quod in eodem Regno turbationes multiplices, dissensiones et scandala gravia contigerunt, et adhuc status eius fluctuat et vacillat. Cum autem nos tam periculoso ipsius Regni statui more pii patris compatientes ab intimis, venerabilem fratrem nostrum Johannem Esinum Episcopum, virum utique providum et discretum ad prefatum Regnum fiducialiter destinemus: ut ad partes illas se personaliter conferens, de statu ipsius Regni, ac eius circumstantiis et conditionibus universis, et qualiter in melius dirigi et salubrius valeat gubernari, fideliter, plene ac solicite informetur, et nos, quibus Regni predicti utpote ad Romanam pertinentis Ecclesiam cura peculiaris incumbit, per eum de statu, conditionibus et circumstantiis supradictis certificati tandem plenius et instructi, circa prefatum Regnum et statum illius possimus ad laudem Dei et quietem fidelium utilius et efficacius providere. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente, nichilominus vobis per Apostolica scripta mandantes, ut assistentes eidem circa premissa consiliis et auxiliis oportunis, stb. Datum apud UrbemVeterem IIII. nonas Januarii, Pontificatus nostri anno tertio.

In e. m. dilectis filiis Nobilibus viris Ducibus, Marchio-

nibus, Comitibus, Banis, Baronibus ac universis Christi fidelibus per Regnum Ungarie constitutis.

(IV. Miklós pápa Regestáiból, Theinernél id. m. I. köt. 370. l. A pápának János püspökhez szóló meghagyása olvasható Fejérnél Cod. Dipl. VI. köt. I. r. 76. l.)

26.

IV. Miklós pápa Milutin Uros István szerbiai királyt az apostoli szék különös pártfogása alá veszi. 1291.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei carissimo in Christo filio Stephano Regi Servie Illustri salutem et Apostolicam benedictionem. Quanto devotiori studio Sacrosanctam Romanam Ecclesiam revereris, quanto propensiori affectu consurgis ad nostra et ipsius Ecclesie beneplacita prosequenda, tanto circa tuum et Regni tui statum prosperum in posterum conservandum libentius Apostolici presidia favoris apponimus tuis providendo utilitatibus et indempnitatibus precavendo. Ut igitur nostri manum auxilii tua Serenitas sibi sentiat in suis oportunitatibus favorabiliter adiutricem, personam tuam et Regnum tuum cum civitatibus, castris, terris, villis et bonis aliis, que impresentiarum iuste et rationabiliter possides, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut ea omnia integra permaneant et quieta, nec quisquam in hiis te perturbare presumat aut quomodolibet molestare. Nulli ergo etc. nostre protectionis et constitutionis etc. Datum apud Urbem-Veterem Idibus Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

(IV. Miklós pápa Regestáiból Theiner id. m. I. köt. 375. l.)

27.

IV. Miklós pápa Ilona, a szerbiai királyné, gyóntató atyját rendkivüli hatalommal ruházza fel. 1291.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei carissime in Christo filie Elene Regine Servie Illustri salutem et Apostolicam benedictionem. Quanto personam tuam maiori prosequimur plenitudine caritatis, tanto libentius votis tuis libenter annuimus, in hiis potissime, que debent tuis iustis desideriis esse grata, tueque animo salutem respicere dinoscuntur. Tuis igitur devotis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut dilecto filio fratri Nicolao de Vosica, Ordinis fratrum Minorum, vel cuivis alii discreto fratri eiusdem Ordinis presbitero, quem, quotiens, oportunum fuerit, in confessorem duxeris eligendum, tua possis confiteri peccata, et ab eo recipere salutarem penitentiam ac debite absolutionis beneficium de commissis, etiamsi, quod absit, talia extiterint, propter que Sedes esset Apostolica merito consulenda. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum apud Urbem-Veterem Idibus Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

(IV. Miklós pápa Regestáiból Theiner id. m. I. köt. 375. l.)

28.

IV. Miklós pápa a bolgárok érsekét inti, hogy a római katholika egyházzal egyességben maradjon. 1291.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Bulgarorum gratiam in presenti, que perducat ad gloriam in futuro. Misericors et miserator Dominus pia miseratione attendens humanum genus mortis perpetue nexibus, in quos ipsum impegerat inimici dolosa suggestio, miserabiliter advolutum, ut eum (így) a morte liberaret perpetua et eterne vite beatum constitueret possessorem, de Excelso solio Sancto suo ad ima mundi descendit, ubi veste nostre mortalitatis indutus ultro morti se optulit, et postmodum die tertia resurrexit, mortem nostram destruens moriendo, et vitam reparans feliciter resurgendo; deinde de mundo ascensurus in celum, ne gregi dominico tanti aspersione cruoris redempto cura deesset pastoris, Beatum Petrum Apostolorum principem, et post eum omnes eius in perpetuum successores Vicarios suos in terris constituens, eis decrevit sui gregis curam et sollicitudinem committendam. Sane cum nos, licet insufficientibus meritis, simus ipsius Dei Omnipotentis Vicarii et eiusdem Apostolorum principis successores, ex debito pastoralis officii iugi sollicitudine attenti reddimur, ut universi, quos per propagationem carnis humane natura produxit in esse, hii potissime, quos sacri baptismatis unda conspersit, actus suos disponant in lumine veritatis, et per rectam mandatorum Domini semitam gradientes, eterne beatitudinis gaudia consequantur. Porro ad hanc beatitudinem assequendam necessario exigitur, ut fides Catholica, quam tenet, prophitetur, et docet Sacrosancta Romana Ecclesia, mater fidei et magistra, cui licet et immeriti presidemus, firmiter et inviolabiliter teneatur. Hec enim caritatis est vinculum et totius religionis sanctissime fundamentum. Hec reatus expurgat, mentes purificat, tenebras infidelitatis fugat,

nubem erroris eliminat, commoda salutis impendit, et eterne vite gaudia suis sectatoribus repromittit. Hec quippe alibi ad salutem haberi non potest, quam in communione ipsius Sacrosancte Romane Ecclesie, que Divinis et Apostolicis oraculis universis Ecclesiis est prelata, et super omnes summum et precipuum optinet principatum. Quia vero ea, que salutis tue ac populi, cui prees, incrementum respiciunt, notis desideriis affectamus, fraternitatem tuam rogandam duximus et in Christi visceribus exhortandam, quatenus fidem huiusmodi, quam, sicut premissimus, Romana tenet Ecclesia et observat, inconcusse predices et teneas, ipsam promptis affectibus amplecti studeas, et Magnificum Principem, Georgium Imperatorem Bulgarorum Illustrem, cui super hoc salutem zelantes ipsius nostras exhortatorias destinamus, necnon et populos tue ac ipsius ditioni subditos, ad fidem tenendam eandem efficaciter dirigas et inducas. Tenet enim probabiliter nostra credulitas, quod in hiis iuxta Dei et nostrum beneplacitum prosequendis exhibebis te voluntarium, facilem atque promptum, cum tu, si tamen ille sis, qui tunc erat Archiepiscopus Bulgarorum olim coram quondam Magnifico viro Michaele Paleologo Imperatore Grecorum Illustri, eo tempore Constantinopoli residente, professus fueris in Palatio de Blachavia coram nobis, sicut a tua excidisse memoria non credimus, oraculo vive vocis, te Pape Romano immediate subesse, tuncque ad hoc, ad quod te nunc inducimus, dispositus videbaris. Exhortationem igitur huiusmodi, frater carissime, que de caritatis radice procedit, devote suscipias, et studio efficaci adimplere procures, ut in retributione iustorum extrema tanto remunerari donis potioribus merearis, quanto in orreum patris familias uberiores in te ac aliis bonorum operum manipulos intraduces. Ceterum ut fides et eius forma fraternitati tue plenius innotescant, ipsas fecimus presentibus annotari. Que tales sunt: Credimus hanc Sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unum Deum omnipotentem, eternum, invisibilem et incommutabilem; credimus Sanctam Catholicam et Apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur baptisma et vera omnium remissio peccatorum; credimus etiam veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestamus, et vitam eternam; cre-

dimus etiam novi et veteris testamenti, legis ac Prophetarum et Apostolorum unum esse auctorem, Deum ac Dominum omnipotentem. Hec est vera fides Catholica, ac hanc super dictis articulis tenet et predicat Sacrosancta Romana Ecclesia : sed et propter diversos errores a quibusdam ex ignorantia et ab aliis malitia introductos, dicit et predicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos; sed per veram penitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ad penas huiusmodi revelandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, misse scilicet sacrificia, orationes et elemosinas, et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consveverunt secundum Ecclesie instituta. Illorum igitur animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, que post contractam peccati maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exute, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi. Illorum autem animas, qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas, eadem Sancta Romana Ecclesia credit et firmiter asseverat; et quod nichilominus in die judicii, omnes homines ante tirbunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem. Tenet etiam et docet eadem Romana Ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta; unum scilicet baptizma, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem Episcopi conferunt crismando renatos; aliud est penitentia; aliud eucharistia; aliud est sacramentum ordinis; aliud est matrimonium; aliud est extrema unctio, que secundum doctrinam Beati Jacobi irfirmantibus exhibetur. Sacramentum eucharistie ex azimo conficit eadem Romana Ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in corpus, et vinum in sanguinem domini Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir simul plures uxores, nec una mulier simul habere permittitur plures viros; soluta vero lege matrimonii per mortem alterutrius con-

iugum, secundas et tertias et deinceps nuptias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obsistat. Ipsa quoque Sacrosancta Romana Ecclesia summum et plenum Primatum et Principatum super universam Catholicam Ecclesiam obtinens, quem se ab ipso Domino in Beato Petro Apostolorum principe seu vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit, sicut pre ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si que de fide suborte fuerint questiones, suo debet iudicio diffinire. Ad quam potest gravatus quilibet in negotiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare, sed et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius potest recurri iudicium, et eidem omnes ecclesie sunt subiecte, ipsarumque Prelati, et obedientiam et reverentiam sibi debent; apud quam sic plenitudo potestatis consistit, quod ecclesias ceteras ad sollicitudinis partem admittit. Quarum multas, et Patriarchales precipue diversis privilegiis eadem Romana Ecclesia honoravit, sua tamen prerogativa tam in generalibus Conciliis, quam in quibuscumque aliis semper salva. Datum apud Urbem-Veterem X. kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

(IV. Miklós pápa Regestáiból, Theiner id. m. 1. k. 376. l. Ugyanazon pápának a bolgárok fejedelméhez írt levelét l. Fejérnél Cod. Dipl. VII. k. 5. r. 491. l.)

29.

IV. Miklós pápa a sz. Ferencz rendü szlavoniai tartományfőnöknek meghagyja, hogy két szerzetest hitinquisitorokúl Boszniába küldjön. 1291.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio . . . Ministro Ordinis Minorum Provintie Sclavonie salutem et Apostolicam benedictionem. Pre cunctis nostre mentis desiderabilibus Catholice incrementum fidei affectantes, nimio utique dolcre replemur, cum audimus aliquos vel sentimus ad illius depressionem qualicunque malignitate satagere, vel dampnabilibus ipsam depravando reprehensionibus aut detractionibus ei abrogalibus derogando, seu commentis eandem mordacibus pervertendo, ad quorum iniqua consternenda molimina eo animosius aspiramus, quo in animarum stragem pernitiosius eos agnoscimus conspirare. Sane, sicut accepimus, in Principatu Bosnie, carissimo in Christo filio nostro S. Regi Servie Illustri subiecto, adeo infidelitatis error invaluit, quod ibi quam plurimi a via veritatis prorsus adversi, euntes per devia falsitatis, pestiferas ad concutiendum orthodoxe murum fidei machinas construant, molientes ipsum fallacium argumentationum impulsibus demoliri. Verum licet ubilibet Sedis Apostolice diligentia contra talium dolosam astutiam, ne diffusius huiusmodi serpat morbus, remedium libenter adhibeat oportunum, tamen in Principatu predicto cupientes anxie, ut negotium fidei iugi profectu, elisis omnino quibuslibet erroribus, fortius invalescat, studemus ad hoc per nos et alios attentius vigilare. Providimus igitur in predicto Principatu ad presens personas aliquas circumspectas pro tanto negotio deputare, quarum honesta conversatio exemplum tribuat puritatis, et doctrinam fundant erudita labia salutarem, ut sacro ipsarum ministerio Principatus predictus ab huiusmodi contagiis expurgetur. Verum quia de prudentie tue industria firmam in Domino fiduciam obtine-

mus, discretioni tue per Apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum fratrum discretorum tui Ordinis eligas duos de fratribus eiusdem Ordinis tue administrationis, ydoneos ad huiusmodi opus dominicum exercendum, qui videlicet sint vita et conversatione probati, litterarum scientia prediti, et regionis sive provincie prefate ydeomatis non ignari, eisque in virtute obedientie districte Apostolica precipere auctoritate procures, ut inquisitionis officium in dicto Principatu contra hereticos, credentes, fautores, defensores et receptatores eorum iuxta formam in aliis nostris litteris expressam, quas fratribus predicti Ordinis Inquisitoribus huiusmodi pravitatis in Principatu eodem auctoritate Apostolica deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto Inquisitionis officio destinamus, exequi studeant diligenter. Nos enim predictos duos fratres, quos ad hoc elegeris, et utrumque ipsorum, prefatum officium exequi iuxta formam in litteris ipsis expressam, ac ipsos illam potestatem et auctoritatem plenarie habere volumus, que in eisdem litteris continentur. Si vero tu, vel Vicarius tuus, te absente, aliquem Inquisitorem huiusmodi ex aliqua forte causa nonnunquam fore videbitis amovendum, ipsum amoveatis et substituatis loco eius alium, quem similem potestatem et auctoritatem habere volumus, quotiens vobis deliberatione cum aliquibus discretis fratribus dicti Ordinis prehabita, hoc fore videbitur faciendum. Et si aliquem, vel aliquos Inquisitorum ipsorum, decedere forte contigerit, nos substituendi de consilio aliquorum discretorum fratrum eiusdem Ordinis alium vel alios loco illius vel illorum, qui decesserint, ita quod huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque Vicario, si tu absens fueris, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum apud Urbem-Veterem X. kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

(IV. Miklós pápa Regestáiból Theiner id. m. I. k. 378. l.)

30.

IV. Miklós pápa a Boszniába induló hitinquisitorokat Milutin Uros István szerbiai király pártfogásába ajánlja. 1291.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei carissimo in Christo filio S. Regi Servie salutem et Apostolicam benedictionem. Quoniam inter cetera mentis nostre desideria illud insidet potissimum cordi nostro, ut fides Catholica, quam tenet, profitetur et docet Sacrosancta Romana Ecclesia, mater universorum fidelium et magistra, votivum et Deo acceptum suscipiat, eo propitio, nostris temporibus incrementum; grandi nimirum exultatione perfundimur, cum ad nostrum pervenire contingit auditum, quod mundi Reges et Principes Regis eterni, cuius negotium geritur principalius in hac parte, se beneplacitis coaptantes ad ampliandum cultum fidei orthodoxe magnitudinis sue colla subiciunt, et ascendentibus ex adverso virtute inducti ex alto prompte, sollicite studiose opponunt. Sane cum tu, fili carissime, zelo fidei ac devotionis accensus per dilectum filium Marinum Archiepiscopum Antibarensem, tue Celsitudinis Nuntium, Apostolatui nostro duxeris humiliter supplicandum, quod cum in partibus Bosne tue ditioni subiectis sint quam plurimi heretica pravitate infecti, qui a semita veritatis adversi per falsitatis devium dampnabiliter oberrantes, in eterni Regis contemptum, animarum suarum evidens periculum et scandalum, fidem Catholicam depravare pernitiosis seu pestiferis suis assertionibus multipliciter moliuntur, aliquas personas ydoneas regionis illius ydiomatis non ignaras, quarum conversatio cum salutari eorum doctrina concordans, intuentibus normam honeste vivendi tribuat, et exemplum prebeat puritatis, mittere dignaremur ad partes easdem; ut huiusmodi erroris eliminata caligine, ministerio eorundem habitatores illarum partium ad agnitionem vere fidei, superni luminis irradiante gratia, salubriter reducantur; tuum offerens consilium et auxilium ad errorem

eundem de dictis partibus radicitus extirpandum. Nos, qui licet immeriti Jesu Christi, Regis eterni, humani generis redemptoris, vices gerentes in terris grandi desiderio singulorum salutem appetimus, et ad ampliandum cultum fidei Christiane, submotis quibusvis obstaculis, totis desideriis aspiramus, de huiusmodi tuo laudabili et salubri proposito intra mentis nostre precordia exultantes multiformiter, et Regi Regum proinde ad gratiarum actiones supplices assurgentes supplicationi huiusmodi ex fervore magne devotionis et integritate fidei procedenti favorabiliter duximus annuendum; dilecto filio . . . Ministro Ordinis fratrum Minorum Provincie Sclavonie, qui personarum sui Ordinis plenam habet notitiam, dantes per alias nostras litteras in mandatis, ut auctoritate nostra duos eligat ex eodem Ordine fratres ad predicta ydoneos, qui sint vita et conversatione probati, litterali scientia prediti et regionis illius ydeomatis non ignari, quos ad memoratas partes dirigat pro eliminanda ex eisdem partibus heretica pravitate, ac fide Catholica inibi Divina coopeprante gratia salubriter amplianda. Magnificentiam itaque tuam rogamus, monemus et in Jesu Christo nostre salutis auctore, cuius negotium geritur, attentius exhortamur, quatenus fratres predictos ad prosecutionem predicti negotii per dictum Ministrum auctoritate nostra, ut premittitur, eligendos, cum ad te pervenerint, intuitu Dei Omnipotentis et ob reverentiam Sedis Apostolice atque nostram, qui te velut benedictionis filium carissimum sincera in Domino prosequimur caritate, benigne, ut Regiam decet Celsitudinem, recipias, ipsosque recommendatos habeas, et in prosecutione prefati negotii favorem, consilium et auxilium eisdem impendas, ut dextera Magnitudinis tue freti, dictum negotium ad Dei laudem, Christiane fidei exaltationem et tui nominis honorem efficaciter et salubriter perducere valeant ad effectum, tuque a retributore bonorum omnium, qui pro minimis grandia recompensat, post vite presentis exitum eterne beatitudinis premia proinde consequaris. Datum apud Urbem-Veterem X. kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

In. e. m. carissime in Christo filie Helene Regine Servie Illustri.

(IV. Miklós pápa Regestáiból Theiner id. m. I. k. 377. l.)

31.

Lodomér esztergami érsek több karchai lakost érseki nemességre emel. 1291.

Nos Lodomerius miseracione Divina Archiepiscopus Strigoniensis, locique ejusdem Comes perpetuus, significamus universis presencium noticiam habituris, quod nos interveniente auctoritate et consensu domini Regis Johannem filium Mauricij, Bodou filium Michaelis, Jacobum filium Pauli, et alterum Joannem de Karcha, cum omnibus terris et possessionibus universis, habito consilio fratrum nostrorum capitularium Sancte Strigoniensis Ecclesie, in numerum et collegium nobilium jobagionum nostrorum Archiepiscopalium duximus duximus (így) aggregandos, volentes et autoritate presencium declarantes, ut nec pensum, nec terragium, nec collectam Regiam vel aliquam exaccionem ullo unquam tempore tam ipsi, quam eorum posteri nobis vel nostris successoribus dare et solvere teneantur, sed illa libertatis prerogativa gaudeant, qua alii jobagiones nostri Archiepiscopales gaudent, et fruuntur. Nec hoc pretermittimus, quod nullius judicis judicio adstare teneantur, nisi nostro judicio, vel Palatini Curie nostre pro tempore constituti. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes dari fecimus litteras sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum Posonii anno Domini M. CC. XCI. in festo Nativitatis Beate Virginis Marie.

(János esztergami érseknek 1394. évi átiratából, mely Bácsfalvay János úrnak tulajdona. *Nagy Iván.*)

32.

János pozsonyi várjobbágy a királylyal Albert ausztriai herczeg ellen sikra szállván, csata előtt a megnevezett tanuk jelenlétében bevallja, hogy Türne birtokát a pozsonyi főegyháznak adományozza. A tanuk vallomását hitelesen kiadja az esztergami káptalan. 1291.

A. B. C.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Strigoniensis salutem in Domino sempiternam. Vniuersorum noticie tenore presencium significamus, viros venerabiles et discretos, dominos et magistros Paulum videlicet Prepositum Strigoniensem, Legum Doctorem et Amministratorem Quinqueecclesiensem in spiritualibus et temporalibus generalem, Jacobum Cumarumiensem, et Ladizlaum Borsiensem, et Andream ac Laurencium, karissimos socios et concanonicos nostros in medio nostri personaliter constitutos, Andream nobilem de Ayka Palatinum Curie venerabilis patris, domini nostri domini Lodomerij Strigoniensis Archiepiscopi, Mychaelem de Menchel magistrum paniferorum, Comitem Stephanum filium Fulkus, Lukach Paruum, magistrum Cephas, Comitem Ladizlaum filium Sukod, Zoerardum de calidis aquis, Albertum ciuem Strigoniensem, seruientes eiusdem domini nostri Archiepiscopi, nuper de exercitu Regio de Theotonia reuertentes proposuisse hec omnia et singula infrascripta oraculo viue uocis : Quod cum ipsi nuperrime vnacum eodem domino nostro Archiepiscopo Strigoniensi et Comite perpetuo loci eiusdem in exercitu Illustris Principis domini Andree tercij, Incliti Regis Hungarie per Dei graciam nunc regnantis, contra dominum Albertum Ducem Austrie

et exercitum eius proficiscerentur suis proprijs in personis, circa Ecclesiam Sancti Georgij constitutam in metis siue terminis Hungarie et Austrie regionum, feria quarta proxima post festum Beate Virginis Margarethe hoc anno instanti, strenuus miles Johannes filius Petri nobilis iobagio Castri Posoniensis, eorumdem sociorum et concanonicorum nostrorum, et aliorum hominum ad presenciam accedens, propria in persona, discretis viris, magistris Dominico Preposito Posoniensi karissimo in Domino socio et fratre nostro ibi eciam constituto, taliter protestatus publice extiterit et confessus: quod cum ipse Johannes heredis solacio destitutus in agmine eiusdem domini nostri Regis eidem domino Regi et Regno suo contra ipsum Ducem Austrie et Theotonicos suos Australes pro viribus et pro posse, quantum Deus permittet, seruire fideliter intendat cum effusione sui sanguinis dimicando, consideretque, vt belli dubius sit euentus, et nichil sit cercius morte et incercius hora mortis, et melius existat tempus preuenire, quam a tempore preueniri, maxime in facto talis discriminis generalis, ipse Johannes, seu ab eodem bello euadat, siue ei humaniter in eodem euenire contingat, quandam possessionem, villam, seu terram suam Thurnie uocatam inter Tyrnam et Posonium existentem, plenitudinis sue sub antiquis terminis, siue metis, quibus a tempore, cuius non extat memoria, ab olim extitit limitata, habita, et possessa eidem Ecclesie Sancti Saluatoris de Posonio, cuius progenitores et antecessores eius sunt veri patroni, pro remedio et refrigerio anime sue et parentum ac aliorum carorum et cognatorum suorum reliquerit et donauerit, ac contulerit pro obtinendo salutis brauio intuitu eternorum in elemosinam sempiternam, in eiusdem Ecclesie cymiterio inter caros suos ex voto se optans tradi ecclesiastice sepulture, in quo eius parentes et consanguinei requiescunt, eiusdem Posoniensis Ecclesie ob reuerenciam specialem, et amplioris devocionis in signum, assumpmens liberaliter et libenter, si ipsum Johannem de eodem discrimine sanum et incolumem redire contingat, eum Celi Domino reducente, populos et incolas dicte terre dispersos, super faciem eiusdem terre ad propria reuocandos, et usque ad vite sue tempora tantummodo possidendos; post mortem autem suam eidem Ecclesie Sancti Salua-

toris et in eadem Deo famulantibus pro tempore, Preposito scilicet et Capitulo, vna cum suis terris et vtilitatibus alijs omnibus, iure et potestate perpetui et irreuocabilis dominij deuoluendos, et pacifice ac plenarie relinquendos. In cuius rey perpetuam firmitatem et memoriam sempiternam ad relacionem eorumdem dominorum et sociorum ac (fratrum nost)rorum necnon aliorum hominum predictorum presentes literas sigilli nostri appensione et munimine dedimus communitas. Datum per manus discreti viri magistri Cypriani Ecclesie — — — — Domini M° CC° nonagesimo primo, tercio Nonas Septembris.

(Hártya. A pecsétnek csak kéksárga zsinórja van meg. Pozsonykáptalani magánlevéltár Capsa C Fasc. 4. Nro. 34. Rövid kivonatban Fejérnél Cod. Dipl. VI. I. 189. *Knauz.*)

33.

Ugyanazon János, pozsonyi várjobbágy (várnagy), a pozsonyi főtemplomnak adományozza végrendeletileg ugyan Türne birtokát. Átírja a győri káptalan. 1291.

Nos Capitulum Ecclesie Jauriensis memorie commendantes significamus vniuersis, quibus expedit presencium per tenorem, quod accedentes ad nostram presenciam discreti viri magistri Andreas et Nicolaus Canonici Ecclesie Posoniensis exhibuerunt nobis quasdam litteras clausas, sigillo nobilis et strenui viri Johannis filij Petri filij Chukár de Comitatu Posoniensi sigillatas, petentes nomine et vice Prepositi ac Capituli memorate Posoniensi Ecclesie, ut ipsas litteras aperiri et sub nostro sigillo transcriptas in publicam

formam redigi faceremus. Cuius (igy) quidem litterarum tenor talis est:

Ego Johannes filius Petri jobagio Castri Posoniensis anno Domini M° CC° nonagesimo primo in quadragesima existens et residens in Castro Owar, dum in lectum egritudinis incidissem, volens finem meum preuenire, quam a fine preueniri, misi nuncium meum ad honorabiles viros magistrum Dominicum Prepositum et Capitulum Ecclesie Posoniensis, ut vnum uel duos viros ydoneos de Capitulo ad me mitterent, coram quibus meum conderem testamentum. Qui meis peticionibus iuxta consuetudinem annuentes miserunt ad me duos ex eis, videlicet magistrum Nicolaum Canonicum et magistrum Martinum clericum de coro, in quorum presencia, et insuper in presencia discretorum virorum Petri plebani de Musunio et Johannis sacerdotis de Chuzthu, qui ad meam peticionem vna cum eisdem aderant, insuper in presencia nobilis domine nouerce mee relicte Petri patris mei, astantibus eciam nobilibus viris Salamone et Stephano filijs Sauli, et Corrado filio Marcelli, vicinis de Insula, et alijs quam pluribus, inter ceteras et alias ordinaciones meas ordinaui, dedi, reliqui et legaui quamdam possessionem meam Thurne uocatam, olym ex donacione Regia collatam, perpetuo possidendam pro salute et remedio anime mee et omnium parentum meorum Ecclesie Sancti Saluatoris de Posonio, sub cuius cymiterio pater meus Comes Petrus et alij progenitores mei requiescunt, quia et ego eciam ibi elegi et exnunc eligo sepulturam, ita tamen, quod si Dominus me conualescere fecerit, et quamdiu uiuere potero, dominium eiusdem possessionis tenebo et habebo, sed cum transiero de ac (igy) vita, ipso facto transeat in dominium et potestatem Ecclesie supradicte, nullo de cognatis meis contradicente, cum ipsa possessio non sit hereditaria, sed collacio Regie Maiestatis, ut superius est premissum. Datum Sabbato proximo ante Dominicam Ramis Palmarum.

Nos uero iustis peticionibus eorundem magistrorum Andree et Nicolai annuentes, predictas literas aperientes, in nulla sui parte suspectas uel uiciatas de uerbo ad uerbum transcribi fecimus, et in ipsius rei testimonium euidencius et firmitatem nostro sigillo autenticari et communiri. Datum

tercio die octauarum festi Resurreccionis Domini, anno eiusdem M° CC° nonagesimo primo.

(Hártya. Hátulján a pecsét nyoma. Pozsonykáptalani magánlevéltár Capsa C Fasc. 4. Nro. 33. E levelet „magister Emericus canonicus Ecclesie Poson." kérésére átírja újra a győri káptalan 1826. „feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini." U. o. Capsa C Fasc. 4. Nro. 39. — Ez okmányra vonatkozik talán a Fejérnél Cod. Dipl. VI. II. 58. l. olvasható rövid kivonat. *Knauz.*)

34.

Péter gróf György nevű szolgájának, hű szolgálataiért, különösen mert, hogy Kozma grófot fogságából kiszabadítsa, két fiát kezesűl adá, kik közől az egyiknek ujja, a másiknak pedig, miután ki nem váltattak, feje véttetett, Kisvista máskép Kisfalut adományozza a pozsonyi káptalan előtt. 1291.

A. B. C. D.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod nobilis uir Comes Petrus filius Comitis Tyburcij, coram nobis personaliter constitutus, confessus est oraculo viue uocis, quod ipse attendens reducensque ad memoriam fidelitatum et obsequiorum opera, ac diuersarum aduersitatum articulos, que uel quos Georgius filius Laurencij, seruiens suus, pro ipsius Comitis Petri persona sustinuit et impendit, suam suorumque filiorum personas pro ipso Comite Petro mortis articulis exponendo, maxime et specialius in eo, quod cum idem Comes Petrus in captiuitate Cosme filij Comitis Cosme existeret et liberacionis iuuamine plurimum indigeret, predictus Georgius captiuitati domini sui condolens uisceribus caritatis, duos filios suos, Johannem videlicet et Petrum pro obsidibus posu-

erit pro eodem domino suo Petro Comite antedicto, quorum vnus, scilicet Petrus postmodum, eodem Comite Petro de vinculis liberato, eodem paruulos a detencione obsiduum (így) redimere non curante, per ipsum Cosmam mutilacionem excepit vnius digiti, alter uero, videlicet Johannes, similiter per eunden Cosmam uitam finiuerit capite detruncato; volens igitur idem Comes Petrus decapitacionem et mutilacionem filiorum prefati Georgij recompensacione et satisfaccione aliqualiter restaurare, quandam terram suam Kusvista, uel alio nomine Kusfolu uocatam, existentem a parte orientali inter terras Castri Posoniensis Vista uocatas, a parte uero occidentali inter terras suas Vista uocatas, cum omnibus utilitatibus suis, videlicet siluis, nemoribus, virgultis, fenetis, ac alijs pertinencijs vniuersis, eidem Georgio, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedit, contulit et donauit perpetuo possidendam, presente et assistente Thoma, filio Comitis Tiburcij, fratris sui, qui huiusmodi donationi consensum suum prebuit et assensum, ita, quod de cetero nec ipse, nec filij sui, nec aliqui de cognacione sua ipsam terram ab eodem Georgio, aut filijs uel posteritatibus suis possint quoquomodo alienare, uel in irritum reuocare, obligando se, quod quicumque processu temporum de heredibus aut generacionibus suis, eandem terram ab ipso Georgio, uel heredibus suis alienare, aut irritare forsitan attemptarent, alienatores, uel irritatores huiusmodi donacionis eidem Georgio, uel successoribus suis taxacionem quinquaginta marcarum, quibus decapitacio et mutilacio digiti filiorum sepedicti Georgij per proborum virorum arbitrium est taxata, soluere teneantur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Natiuitatis Beate Virginis Gloriose anno Domini M⁰. CC⁰. LXXXXI⁰.

(Hártya. A pecsét, mely hártyaszeleten függött, nincs meg többé. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 10. Nro 30. *Knauz.*)

35.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele barátságos egyezkedésről, melynél fogva Feeli János esetileges megöletéseért, annak rokonai a tettesnek büntetését elengedték. 1291.

A. B. C. D.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus pervenire, quod Joachino de Feel simul cum filio suo Jacobo, et Laurencio filio Valentini cognato suo ab una parte; Ladislao filio parui Stephani ab altera, constitutis coram nobis personaliter, ijdem Joachinus, Jacobus et Laurencius sunt confessi, quod licet super morte Johannis filii ejusdem Joachini per eundem Ladislaum casualiter perpetrata ordine iudiciario inter partes fuisset diucius altercatum; ad ultimum tamen mediantibus probis viris propter bonum pacis in quindecim marcis denariorum Vyennensium concordassent; quas videlicet quindecim marcas ijdem Joachinus, Jacobus, Laurencius asserentes se ab eodem Ladislao plenarie recepisse, eundem Ladislaum super eadem morte reddiderunt in nostri presencia penitus expeditum; obligantes se, quod quicunque temporum (igy) eundem Ladislaum racione mortis ipsius Johannis impetere forsitan attemptarent, ipsi scilicet Joachinus, Jacobus et Laurencius tenebuntur eum expedire proprijs (laboribus) et expensis. In cujus rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindena Beati Michaelis Archangeli anno Domini millessimo ducentessimo nonagesimo primo.

(Hártya. A még ép pecsét nemzeti színű selymen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 22. Nro. 2. *Knauz.*)

36.

Ditrik, kapuvári várnagy, jelenti III. Endre királynak, hogy parancsa szerint a jogosan Herbord mestert illető Ilmöcz helységet, míg Herbord és a vasvári káptalan közt itélet lenne hozva, kezéhez akarta venni, de János mester és a nevezett prépost azt letartoztatván ki nem eresztette. 1291.

Excellentissimo domino suo, Andree dei gracia Illustri Regi Hungarie, Comes Dytricus castellanus de Kopu inclinacionem cum fidelissimo famulatu. Receptis litteris Serenitatis uestre mandatum vestrum exsequi uolui in hac parte, quod iuxta consuetudinem Regni approbatam possessionem magistri Herbordy Ilmeuch uocatam ad me, videlicet ad communem manum recipere uolui, medio tempore, donec ordine iudiciario inter ipsum magistrum Herbordum, et Prepositum Castri ferrei discuteretur, sed ad litteras Maiestatis uestre, magistro Johanni et dicto Preposito exhibitas, ijdem dictam possessionem remittere non curarunt, prouentibus et vtilitatibus eiusdem perceptis in preiudicium magistri Herbordy memorati, quamuis sit de iure possessio magistri Herbordy, sicut in litteris priuilegialibus exinde confectis inspexi, et constitit michi euidencius. Vnde constat in clemencia uestre Maiestatis, quid inde sit agendum.

Kivülről : Domino Regi.

(A gróf Teleki család magyarországi ágának levéltárából Gyömrőn. Közli *Szabó Károly.)*

37.

A királytól kiküldött bírák bizonyságlevele a Toronya birtok iránti barátságos egyességről. 1291. körül.

Nos Renoldus quondam Palatinus, magister Petrus dictus Pethene, et Comes Jacobus, judices in Comitatu de Zemlin per dominum Regem constituti, damus pro memoria, quod Johanne filio Langeussi, Demetrio filio Uz, ac Uza, Gregorio filio Kemez, Uz filio Balasey de Tolchva, ac aliis de eadem coram nobis personaliter constitutis ab una parte, Thoma Comite, Bocsa filiis Simon ac aliis fratribus suis similiter personaliter coram nobis comparentibus ab altera, iidem nobiles de Tolchva dixerunt proponentes, quod terram Toronia vocatam, quam a filiis Simon, juxta formam judicii requirebant, ipsi de voluntate et judicum consensu super predicta terra taliter inter eos extitit ordinatum, quod pro terra predicta nobiles de Tolchva filiis Simon Comitis minus viginti marcis ducentas marcas coram Capitulo Agriensi partim in argento, partim in estimacione condigna in terminis infrascriptis solvere teneantur filiis supradictis stb. Datum in Ujlak feria sexta proxima ante festum Beati Michaelis Archangeli.

(Fejérvári Okmánygyűjteménye, mely a nemz. muzeumban őriztetik, III. kötet.)

38.

III. Endre király a pannonhalmi apátságnak Táp és Szent-Miklós helységeket adományozza. 1292.

In nomine Sancte Trinitatis et Indiuidue Vnitatis. Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in eo qui Regibus dat salutem. Licet creatura non habeat quid creatori ac reparatori eiusque gloriosissimis sanctis, quorum suffragiis creator creaturis largitur uniuersa, impendere valeat ex condigno, debet tamen tota deuocione animi totaque puritate affectus laborare, vt eternorum intuitu in terris seminet, quod in die messionis extreme recolligens cum multiplicato fructu in celesti orreo possidere valeat et habere. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Ecclesiam seu Monasterium Beati Martini de Sacro Monte Pannonie, cuius intercessionibus nobis cuncta prospere suffragari sentimus, velimus merito Regali fauore, gracia et donacione amplexari, ob remedium anime nostre et spem future felicitatis, quasdam duas possessiones in vicinia ipsius Monasterii, Tap et Zent Miklus vocatas habitas, cum vduornicis nostris in eisdem residentibus, Boda videlicet et Zobou, Chrachino, Georgio, Sebastiano, Ladizlao, Dominico, Scemeyno, Matthia et Petro, cum suis heredibus heredumque suorum successoribus, quos quidem vduornicos dominus Rex Bela auus noster clare memorie de castrensibus castri Wesprimiensis in condicionem vduornicorum transtulerat, in eadem condicione, qua predecessoribus nostris seruierunt, dedimus, donauimus et contulimus ipsi Monasterio Beati Martini sub eisdem metis, terminis et limitibus, quibus tempore ipsius Regis Bele per predictos uduornicos et alios populos earundem habite, limitate fuerant et possesse, cum omnibus vtilitatibus suis et perti-

nenciis vniuersis, ac per magistrum Leurentham Comitem Wesprimiensem dilectum et fidelem nostrum fecimus assignari. Vt igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam successorum nostrorum valeat retractari, vel in irritum aliquatenus reuocari, presentes eidem Monasterio Beati Martini concessimus litteras nostras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo secundo vndecimo kalendas Februarii Regni autem nostri anno secundo.

(Eredetie a sz. Mártoni főapátság levéltárában.)

39.

III. Endre király a bakonybéli apátságnak Thoyon helységet a Balaton partján adományozza. 1292.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presenciam noticiam habituris salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Licet creatura non habeat quid creatori ac reparatori eiusque gloriosissimis sanctis, quorum suffragiis creator creaturis largitur vniuersa, impendere valeat; ex condigno, debet tamen tota deuocione animi totaque puritate affectus laborare, vt eternorum intuitu in terris seminet, quod in die messionis extreme recolligens cum multiplicato fructu in celesti orreo possidere valeat et habere. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Ecclesiam seu Monasterium Beati Mauricii de Beel, cuius intercessionibus nobis cuncta prospere suffragari sentimus, veli-

mus merito Regali gracia, fauore et donatione amplexari, ob remedium anime nostre et spem future felicitatis quandam terram wduornicorum nostrorum Thoyon vocatam iuxta Balatinum in Comitatu Zaladiensi existentem, cum vduornicis nostris super eadem residentibus Boda videlicet, Zobou, Crachyno, Georgio, Sebastiano, Ladislao, Dominico, Scemeyno, Matthia et Petro cum suis heredibus heredumque suorum successoribus, quos quidem vduornicos dominus Rex Bela auus noster clare memorie de castrensibus castri Vesprimiensis in condicionem vduornicorum transtulerat, in eadem condicione qua predecessoribus nostris ijdem wduornici seruierunt, dedimus, donauimus et contulimus ipsi monasterio Beati Mauricii de Beel sub eisdem metis, terminis et limitibus, quibus ipsa terra Thoyon tempore ipsius Regis Bele per predictos wduornicos nostros Bodam, Zobou, Crachinum, Georgium, Gregorium (így), Sebastianum, Ladislaum, Dominicum, Scemeynum, Matthiam et Petrum habita, limitata fuerat et possessa, et eandem terram Thoyon cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis ac cum wduornicis nostris prenominatis, iam dicto monasterio nostro de Beel per magistrum Leurentham Comitem Vesprimiensem dilectum et fidelem nostrum fecimus assignari. Vt igitur huius nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quempiam successorum nostrorum valeat retractari vel in irritum aliquatenus reuocari, presentes eidem monasterio Sancti Mauricii concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Viec-Cancellarii dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° nonagesimo secundo vndecimo kalendas Februarii Regni autem nostri anno secundo.

(Eredetie a sz. mártoni főapátság levéltárában.)

40.

III. Endre király a Haab pozsonyi prépost és Endre kanonok által előmutatott okiratokból megértvén, hogy Türne birtok a pozsonyi egyháznak ajándékoztatott, azt e jószág birtokába Péter házi káplánja és gróf Spatthai Vid által beigtatja. 1292.

Nos Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod cum circa festum Purificacionis Beate Marie Virginis essemus Strigonij in presencia venerabilis patris domini Lodomerij Dei gracia Sancte Strigoniensis Ecclesie Archiepiscopi eiusdemque loci Comitis perpetui, magister Haab Prepositus Ecclesie Sancti Saluatoris de Posonio, vir honorabilis et discretus, et magister Andreas nomine Capituli eiusdem loci exhibuerunt nobis multa documenta et instrumenta super collacione possessionis Johannis filij Petri Turne vocate in Comitatu seu districtu inter Posoniensem Ciuitatem et Tyrnam constitute, quibus instrumentis seu munimentis tam proprijs, quam aliorum locorum sollempnium et multorum virorum nobilium, ac professione communitatis seu vniuersitatis eiusdem Ciuitatis Posoniensis, necnon nobilium jobagionum castri, quibus perspicaciter apparebat, quod idem Johannes filius Petri pro deuocione et fundacione juris patronatus eiusdem Ecclesie Santi Saluatoris, vbi suorum parentum et auorum tumulata corpora requiescunt, dictam possessionem Turne in proprietatem eiusdem Ecclesie tam in morte, quam inter uiues donasse et legasse perpetuo possidendam, vsufructu eiusdem possessionis, dum uiueret sibi tantummodo reseruato, et dum graui infirmitatis mole in expedicione habita contra Ducem Austrie circa Owar grauiter angeretur, hoc idem in presencia multorum discretorum et religiosorum virorum ac personarum ecclesiasticarum asseruerit in lecto egritudinis con-

pos (így) mentis viua uoce. Demum in mortis articulo proclamauit publice ordinacionem seu collacionem de premissa possessione Turne vocate (így) penes eandem Ecclesiam Sancti Saluatoris in anime sue et suorum parentum suffragium perpetuo remanere, eiusdem possessionis dominio ad ipsam Ecclesiam Sancti Saluatoris ex ui juris patronatus, nullius sue cognacionis participante consorcio, specialiter et principaliter deuoluto. Nos itaque litteris omnibus et munimentis, ut premisimus, perlectis in nostri presencia et plenius intellectis, eundem magistrum Haab Prepositum et fratres suos, Capitulum videlicet Ecclesie Posoniensis in corporalem possessionem eiusdem Turne ac pertinencium ad eandem per Petrum presbiterum fidelem Capellanum nostrum, et per Vyd filium Comitis Geeth de Spaccha familiarem nostrum duximus inducendos. Datum Strigonij anno Domini M° CC° LXXXX° secundo in festo Purificationis Beate Virginis.

(Hártya. Hátulján a nagy pecsétnek (sig. Maiestat.) nyoma. Pozsony-káptalani magánlevéltár Capsa C. Fasc. 4. Nro. 36. *Knauz.)*

41.

III. Endre király megerősíti a pozsonyi polgárok számára IV. Lászlónak Széplakra vonatkozó 1288-ki adományát. 1292.

Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Judex et ciues nostri Posonienses ad nostram accedendo presenciam exhibuerunt nobis litteras priuilegiales domini Ladizlai quondam Regis Vngarie, fratris nostri karissimi, super collacione cuiusdam ville Zeplak vocate confectas, petentes a nobis instantissime supplicando, vt nos ipsas litteras priuilegiales Regis Ladizlai ratas habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem litterarum priuilegialium tenor talis est:

Ladizlaus stb. (következik IV. László király 1282-ki okmánya, mely olvasható Okmánytárunk IV. kötetében 309. l.)

Nos igitur consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis ciuium nostrorum predictorum, quibus ijdem nobis multipliciter meruerunt complacere; quia eciam inspeximus predictas priuilegiales litteras Regis Ladizlai non cancellatas, non abrasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, ymo pocius racionabiliter emanasse, de verbo ad verbum presentibus insertas, approbamus, ratificamus, et presentis scripti patrocinio confirmamus, duplicis sigilli nostri munimine roborantes. Datum per manus venerabilis domini Th. Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo secundo, tercio Idus Junij, Regni autem nostri anno secundo.

(Eredetie sz. k. Pozsony város levéltárában.)

42.

III. Endre király a Guthkeled nemzetségből való Lothárd bánnak és fiának Lászlónak, IV. László és az ő idejebeli háborúkban tett hű szolgálataikért, a Szamos vizén Aranyos (ma Aranyos-Medgyes) alá jövő sóval rakott hajóktól 20 kősóban megállapított vámjokra, melyet még Lothárd atyja Pál V. István királytól a steier háborúban tett hű szolgálataiért nyert adományban, új adományt ád. 1292.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Lothardus Banus filius Comitis Pauli de genere Gwtkeled, et Ladislaus filius eius, ad nostram accedentes presenciam nobis significare curauerunt, quod dominus St(ephanus) Serenissimus Rex Hungarie clare memorie, pro meritorijs seruicijs et fidelitatibus eiusdem Comitis Pauli patris ipsius Lothardi Bani eidem domino Stephano Regi in omnibus expedicionibus Regni tam generalibus quam particularibus, et specialiter eo tempore, cum homines seu regnicole Ducatus Styrie, tunc temporis ad ipsum dominum Regem Stephanum pertinentes ab eodem domino Stephano Rege peruersi in perfidiam se retraxerant, in conflictu contra eosdem homines Styrie, per memoratum Stephanum Regem habito, vbi Lodomerius filius Mayad, consanguineus ipsorum, et alter cognatus eorum nomine Laurencius de Pardan, ac septuaginta seruientes eiusdem Comitis Pauli extiterant interempti, et idem Comes Paulus fuerat captiuatus, et tamdiu in captiuitate detentus, donec quadam possessione sua Mayad vocata, pro redempcione persone sue vendita, fuisset liberatus; huiusmodi prouentus in tributo prouenientes ordinasset, dedisset, et eciam contulisset suo priuilegio mediante, vt in fluuio Zomus, de quali-

bet naui cum salibus descendenti in villam suam Oronos vocatam, viginti sales racione tributi exigere possit pro se et habere, et demum ipsum tributum dominus Ladislaus Rex frater noster patruelis similiter suo priuilegio mediante eodem modo, prout dominus Rex Stephanus patri ipsius Lothardi Bani contulerat, pro meritorijs seruicijs ipsius Lothardi Bani quondam domino Ladislao Regi tunc impensis, quum Jouchynus Banus et prefatus Lothardus Banus ex precepto ipsius Ladislai Regis ad deuastandum Regnum Austrie iuerant contra Regem Boemorum, vbi idem Lothardus Banus extiterat sauciatus; preterea pro seruicijs eiusdem Lothardi Bani, eo tempore domino Ladislao Regi impensis, quum idem dominus Ladislaus Rex cum multitudine exercitus sui iuerat contra Otokarum Regem Boemorum, tunc Regni Hungarie inimicum capitalem, vbi eciam sepedictus Lothardus Banus viriliter dimicans letale uulnus acceperat; pro uulnere eciam dicti Lothardi Bani, in conflictu contra Comanos, per dictum dominum Regem Ladislaum habito, vbi idem Lothardus Banus ictu sagitte in sinistro pede fuerat sagittatus, et quidam frater suus Dominicus nomine interfectus, ipsi Lothardo Bano reliquisset et eciam contulisset possidendum; petentes ijdem Lothardus Banus et Ladislaus filius suus, vt ipsum tributum eorum, prout temporibus dictorum dominorum Regum habuisse et percepisse dinoscuntur, ipsis relinquere et de nouo conferre dignaremur. Nos itaque consideratis fidelitatibus et seruicijs dominorum Lothardi Bani et Ladislai filij sui nobis in expedicionibus nostris contra dominum Albertum Ducem Austrie tunc inimicum nostrum, et demum in exercitu nostro contra filios Henrici habito, qui se a nostra retraxerant Maiestate, impensis, ex consilio Archiepiscoporum, Episcoporum et Baronum Regni nostri ipsum tributum in Zomus existens eo iure et ea plenitudine, quemadmodum temporibus dominorum Stephani et Ladislai Regum ipsorum priuilegio mediante idem Lothardus Banus et filius suus habuisse dinoscuntur, ipsis Lothardo Bano et Ladislao filio suo ac eorum heredibus, heredumque suorum successoribus reliquimus, dedimus et de nouo contulimus percipiendum, possidendum, tenendum et habendum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus

litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Wice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo secundo, decimo kalendas Julij, Indiccione quinta, Regni autem nostri anno secundo.

(Eredetie a b. Wesselényi család levéltárában. *Szabó Károly.*)

43.

III. Endre király Soprony város polgárait jogaik iránt biztosítja. 1292.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis universis ciuibus seu hospitibus de Supronio salutem et graciam. Quia Comitem Vlwyrum et magistrum Andream conciues vestros cum litteris vestris ad nos ad partes tam remotas ad visitandam personam nostram, et ad propalandam querimoniam vestram ad nos transmisistis, fidelitati Universitatis vestre referimus multas gracias; propter quod nimirum in omnibus fecimus et faciemus voluntatem. Super eo autem, quod magistrum Johannem Comitem Soproniensem et Comitem Castri Ferrei vobis in capitaneum prefecimus, noueritis, quod non fecimus, immo conseruabimus vos in illa et eadem libertate vestra, in qua a tempore dominorum Bele et Stephani, Illustrium Regum Hungarie felicium recordacionem, carissimorum auorum nostrorum, iuxta ipsorum continenciam priuilegiorum permansistis usque modo. Et id vobis faciemus data fide nostra Regali, et adhuc in pluribus vestram precacionem admittemus; sicut in libertate vestra priuilegium Regis Ladislai continet, et nostro confirmauimus priuilegio. Item concessimus, quod sagittarios populos, quos dominus Stephanus et dominus Ladislaus Reges vobis in populos et socios deputarunt, relinquimus et nos vobis, in eadem libertate per-

mansuros. Vnde volumus, quod vos in vestra libertate conseruetis iuxta omnia. Datum in Iwanch feria secunda proxima post festum Sancti Petri ad vincula.

(Sopron város levéltárából Lad. L. Fasc. I. N. 9. *Czech.)*

44.

Longshanks vagyis I. Eduard angol király III. Endre magyar királyhoz a keresztes háború ügyében. 1292.

Serenissimo Principi domino Andree Dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Regi Edwardus eadem gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie salutem cum honore et glorie felicibus incrementis. Celsitudinis vestre litteras, que fuerunt nobis ex parte vestra per nobilem virum Paganellum de Vicopisano familiarem vestrum et nuncium, latorem presencium presentate, inter cetera credenciam continentes, quo decuit honore recepimus; et tam per significata per illas, quam ea que idem nuncius vester, vir vtique industrius et discretus, qui sibi commissa nobis exposuit circumspecte, pleno collegimus intellectu. Sane de hiis, que nobis ad Dei seruicium et honorem ac exaltacionem fidei Christiane Serenitas vestra duxit liberaliter offerenda, Magnificencie vestre referimus graciarum vberes acciones; ex hoc grandem affeccionem et teneram, quam ad negocium status miserabilis Terre Sancte ac ad obsequium ipsius, qui terram eandem sanguine proprio dedicauit, geritis perspicaciter attendentes. Verum antequam nuncium vestrum receperamus, fuerat ordinatum, et in certo eramus proposito, facere passagium nostrum per mare, a cuiusmodi ordinacione recedere non valemus. De mille vero militibus et sagittariis equitibus, quos ad

sumptus vestros per unum annum nobis in dicte Terre Sancte succursum faciendo per terram offertis, quantas possumus vobis agimus gracias iteratas. Et licet ob racionem predictam ac aliis certis de causis per partes vestras iter nostrum huiusmodi conuertere non possimus; Sublimitatem Regiam deprecamur instancius, quod idcirco Diuinitus vobis inspirata voluntas, quam vos habere tenemus ad prefate terre subsidium, non tepescat. Et si Magnitudini Vestre placeat de hominibus vestris in auxilium ejusdem terre transmittere, et ubi fuerimus venerint, jocundus et letus admodum erit nobis eorum aduentus, eos eciam gratulanter et honorifice admittemus. Datum apud Berwyk super Twedam in Scotia in vigilia Beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

(Clarke Adam és Holbrooke Frigyes: Foedera, Conuentiones, Litterae et cujuscunque generis Acta Publica inter Reges Angliae et alios quosvis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes vel Communitates habita et tractata. Vol. I. pars 2. Londini 1816. p. 760.)

45.

Nyéky Miklós, Veres Péter és Lipót, Domonkos fiai, Pakay Tamás (?) és Bwd Miklós pozsonymegyei nemesek a pozsonyi káptalan részére lemondanak Türne máskép Csukárfalva birtokhozi jogaikról a győri káptalan előtt. 1292.

Nos Capitulum Ecclesie Jauriensis significamus vniuersis, quibus expedit presencium per tenorem, quod constitutis in nostri presencia Nicolao filio Iwanka de Neek, Petro Rufo, Lepoldo filijs Dominici et Chama (így jóformán Thoma helyett) de Paka, ac Nicolao dicto Bwd, nobilibus de Comitatu Posoniensis ex vna parte, et magistris Laurencio Custode Ecclesie Posoniensis ac Andrea Notario, Canonicis eiusdem Ecclesie Posoniensis nomine et vice Prepositi ac Capituli Ecclesie Posoniensis ex parte altera, ijdem nobiles oraculo viue uocis coram nobis sunt confessi, quod licet inter ipsos, et Prepositum ac Capitulum memoratos super possessione Twrne seu Chukarfalua nuncupata, Ecclesie Sancti Saluatoris de Poson per Johannem filium Petri in vita et in morte collata altercacio quedam et uerba mota fuissent, ipsi tamen propter bonum pacis et iusticie ac premiorum intuitum eternorum, omni altercacioni, controuersie, liti et iuri, si que forte eis in ipsa possessione Twrne nominata ex eo, quod ipsi de generacione quondam Comitis Chukar, aui prefati Johannis essent, competeret, nomine suo, et nomine ac vice omnium fratrum et cognatorum suorum cessissent et renunciassent, et quod predictam Ecclesiam Sancti Saluatoris, et eius Prepositum ac Capitulum prefatam possessionem Twrne, seu Chukarfalua dictam tenere, habere et possidere reliquissent pacifice et dimisissent. In cuius rei testimonium et firmitatem presentes ad peticionem vtrarumque parcium predictarum nostro fecimus sigillo communiri et eisdem Laurencio Custodi et magistro Andree assignari. Datum secundo

die festiuitatis Corporis X. (Christi) Anno eiusdem M°. CC°. nonagesimo secundo.

(A győri káptalannak „magister Emericus Canonicus Ecclesie Posoniensis nomine et vice discretorum virorum magistri Nicolai Prepositi et Capituli Ecclesie eiusdem“ kérésére kiadott átiratából. „Datum et actum feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini (Máj. 5.) Anno eiusdem M° CCC° vicesimo sexto. Magistris Mathya Lectore, Nicolao Cantore et Jacobo Custode Ecclesie nostre existentibus.“ Pozsonykáptalani magánlevéltár Capsa C. Fasc. 4. Nro. 39. *Knauz.)*

46.

Mihály, gróf Bacha fia, Loch helységben levő részjószágát végrendeletileg a nyitrai káptalannak hagyomáyozza. 1292.

Capitulum Ecclesie Posoniensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum Michael filius Comitis Bacha in lecto egritudinis recumberet, ad nos Petrum filium Peck proximum suum transmisit, per quem nobis humiliter supplicauit, vt ad audiendum suam testamentalem disposicionem ex nobis duos mitteremus pro testimonijs, cuius suplicacionibus iustis et modestis annuentes, misimus ex nobis duos viros ydoneos concanonicos nostros, videlicet Martinum et Andream dictum Torkus, qui tandem auditis ordinacionibus testamentalibus ipsius Michaelis in eorum presencia factis ad nos redeundo vnacum eodem Petro nepote Comitis Bacha, Thoma filio Indrih genero dicti Bacha, Mauricio filio Stephani de Baab, Ipolito filio Chuda et Comite Petro filio Janus, nobilibus de Wasard, propinquis et proximis ipsius Michaelis, nobis taliter retulerunt, quod licet predictus Michael passione egritudinaria laboraret, tamen mente sanus per omnia, inter alias ordinaciones suas testamentarias quan-

dam porcionem suam possessionariam hereditario jure in Loch ipsum exceptis alijs proximis et propinquis suis tangentem priuate et absolute, in vicinitate magistri Abe filij Abe nobilium de Zouor, et Ciuitatis de Tyrna existentem, presentibus et consencientibus prenotatis proximis et consanguineis ac suis afinibus pro remedio et refrigerio anime parentum ac proximorum suorum, ac sue proprie, nec non pro eterne salutis brauio optinendo, discretis viris Canonicis Ecclesie Nitriensis in perpetuam elemosinam dedisset et donasset, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis tenendam, possidendam et habendam. Et ne temporis in processu per quoslibet proximos suos huic sue donacioni aliqualis contradiccio, aut reuocacio possit inueniri, nostras litteras priuilegiales eidem Capitulo extunc per eosdem suos proximos a nobis idem Michael dari postulauit, quas nos dari fecimus modo prescripto sub sigillo nostro pendenti iusticia mediante. Datum tercio die post festum Vrbani Pape et martiris anno Domini M° CC° nonagesimo secundo.

(Hártya. Rózsaszínű selymen függ a pecsét töredék. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIII. Fasc. 1. Nro. 4. *Knauz.*)

47.

Vilky Miklós, Vilky Mihály, Bechk (?) és Jakab részére lemond Vilk jószágnak feléről a pozsonyi káptalan előtt. 1292.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Nicolao filio Iwanch de Wylk ab una parte, Michaele, Bechk, et Jacobo, filijs Gregorij ab altera, constitutis personaliter coram nobis, idem Nicolaus est confessus, quod cum olim predictus Gregorius pater ipsius Michaelis et fratrum suorum, relicta hereditate sua sine alicuius honeris (így) grauamine ob quosdam necessitatis sue articulos abhinc discedens fuisset pluribus annis absens, et postmodum filij eiusdem Gregorij, videlicet Michael et fratres sui antedicti repatriantes hereditatem paternam ipsos contingentem ab eodem Nicolao repetere attemptassent, idem Nicolaus, antequam agrederentur materiam questionis, recognoscens eos esse filios predicti Gregorij, qui quidem Gregorius et dictus Iwanch pater ipsius Nicolai ab uno auo sunt exorti, et per consequens in dimidietate terre ipsorum Wylk uocate eundem Michaelem et fratres suos plenum ius habere, ob hoc idem Nicolaus in nostri presencia dimidietatem eiusdem terre Wylk cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis eisdem Michaeli, Bechk et Jacobo supradictis restituit et reddidit pure et simpliciter resignando, et quia idem Nicolaus hereditatem eorumdem sine iudicij examine pacifice resignauit, obhoc utilitates et fructus propter absenciam ipsius Michaelis et fratrum suorum usque nunc perceptos, ydem Michael et fratres sui, eidem Nicolao pure relaxarunt. Adiecit eciam Nicolaus sepedictus, quod possessiones ipsorum, quas detentores sub titulo inpignoracionis, uel nomine indebiti ocuparunt pariter et communi expensa requirere uel redimere debent, et quas redemerint uel optinuerint unam dimidietatem redempte uel

optente possessionis, prefatus Nicolaus, aliam uero dimidietatem prenotatus Michael cum suis fratribus debent possidere. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo secundo.

A. B. C.

(Hártya. Nemzeti színü zsinegen függ az ismeretes és még elég ép pecsét. Pozsonykáptalani magánlevéltár Capsa C. Fasc. 8. Nro. 81. Épen így kiállítva fordúl elő ez okmány még az országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 20. számában. Azon természetes különbséggel, hogy ott a fél A. B. C. betűk a homlokzaton láthatók. *Knaus.*)

48.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Benedek, Betheunek fia, és rokonai Turnus Chondolban lévő birtokuk negyedik részéről Bock, Murd fia, érdekében intézkedett. 1292.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis orationes in Domino. Ad universorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis Benedicto filio Betheu, Egidio filio Jacobi pro se et pro Isiph et Jacobo filijs Johannis, cognatis suis, et Mathia filio Reun similiter pro se et pro Damiano Clerico fratre suo ab una parte, et Beck filio Murd de uilla Lipoldi, ab altera; idem Benedictus, Egidius et Mathias pro se et pro predictis cognatis suis confessi sunt oraculo uive vocis, quod ipsi quandam terram suam Turnus Chondol vocatam, ex donacione Regia progenitoribus suis olim collatam, et per consequens a Nicolao filio Jus cognato ipsorum ad eos deuolutam, in quatuor partes equales diuisissent, et quartam partem eiusdem terre Turnus Chondol cum

omnibus utilitatibus suis, uidelicet ortis, fructibus, siluis, nemoribus, pratis, fenetis, piscinis, aquis, locis molendinorum, terris arabilibus et non arabilibus, pascuis pecorum, lapidibus, arundinibus et attinenciis suis uniuersis predicto Bock cognato ipsorum, et per eum suis heredibus, heredumqun suorum successoribus racione proximitatis et perpetue unionis habite inter ipsos assignassent, reliquissent, et tradidissent perpetuo et irreuocabiliter possidendam, obligando se, quod quicunque processu temporum ipsum Bock aut suam posteritatem pro ipsa quarta parte predicte terre Turnus Chondol uocate uellet inpetere vel vexare, extunc eundem Bock et suam posteritatem prefati Benedictus, Egidius et Mathias ac alij cognati eorundem tenebuntur expedire proprijs laboribus, et expensis. In cujus rei memoriam ad peticionem utriusque partis presentes nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini milesimo ducentesimo nonagesimo secundo, in Octava Cinerum.

A C D.

(Hártyán. Hártyaszinegen függ a pecsét töredéke. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 18. N. 12. és ugyan-e Capsa és Fasc. 11-dik száma. A második példány felül levő A C D-vel, melyek egybeillenek jeleül, hogy egyszerre írattak s az egyik példány a feleknek kiadatva idővel ismét e levéltárba került. *Knauz.*)

49.

III. Endre király a magtalanúl elhalt Veres Gothárd Vas vármegyében fekvő Geru nevű földét, Herbord-, János- és Rubinnak, Vitalis fiainak adományozza, tekintve különösen Herbord és János hű szolgálatait, kik az Albert ausztriai herczeg elleni háborúban Boro vár vivása közben nehéz sebeket kaptak. 1293.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Cum benemeritis fauor debitus impenditur, et fideliter obsequentibus merces condigna redditur, Deus placari creditur, et subditi ad fidelitatis studia exercenda prouocantur, accenduntur-que spe et desiderio consequende retribucionis consimilis uel ecia(m) amplioris. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod Herbordus, Johannes et Rubynus filij Wytalis ad nostram accedentes presenciam, quandam terram Gothardi Rufi (sine) herede decedentis, ut dixerunt, Geru uocatam in Comitatu Castri Ferrei existentem a nobis petiuerunt sibi dari. Verum quia de ipsius terre qualitate, quantitate, et utrum sit hominis sine herede decedentis, nec ne, nobis ueritas non constabat, fidelibus nostris Capitulo Castri Ferrei per nostras litteras dedimus in mandatis, ut ijdem unum ex se mitterent pro testimonio fidedignum, coram quo Dominicus filius Egnke homo noster conuocatis conmetaneis et uicinis reambularet ipsam terram et statueret Herbordo et fratribus suis iam dictis, si non fieret contradictum, contradictores uero, si qui fierent, ad nostram citaret presenciam, ad terminum conpetentem. Sciret eciam idem homo noster, utrum idem Gothardus sine herede decessit nec ne, et post hec tocius facti seriem nobis rescri-

berent seriatim. Quod quidem Capitulum demum nobis rescripsit, in hec uerba:

Excellentissimo domino suo A(ndree) Dei gracia Illustri Regi Vngarie, Capitulum Ecclesie Beati Michaelis de Castro Ferreo inclinacionem et oraciones in Domino cum perpetue fidelitatis obsequio. Litteras uestre Excellenc(ie recepimus cum) honore quo decuit reuerenter, in quibus uidimus contineri, quod unum ex nobis super faciem terre Gothardi Rufi Geru uocate, transmitteremus, cuius testimonio Dominicus filius Eguke homo uester, conuocatis conmetaneis et uicinis, reambularet ipsam terram, et statueret Herbordo et fratribus suis, si non fieret contradictum, contradictores autem ad nostram presenciam euocando; sciret et idem homo uester, utrum ipse Gothardus sine herede decesserit nec ne, quod uestre Maiestati rescriberemus. Vestris igitur perceptis mandatis nos in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, vnum ex nobis transmisimus ad premissi negocii seriem exequendam, qui demum ad nos rediens diligenter per nos requisitus recitauit, quod idem Dominicus homo uester conuocatis co(nmeta)neis et vicinis eidem adiacentibus, videlicet Comite Markus filio Farcasij, ac populis de villa Hudaz, nec non homine magistri Johannis presentibus reambulauit prescriptam terram Gothardi Rufi Geru uocatam, qui sine herede decessit et statuit eisdem Herbordo et fratribus suis sub ueteribus metis et antiquis, contradictore nemine existente. Datum in octauis Beati Johannis Baptiste.

Nos itaque, qui ex officij nostri debito metiri debemus merita singulorum, et unicuique iuxta exigenciam meritorum respondere, considerantes fidelitates et meritoria obsequia Herbordi et fratrum suorum predictorum, que in diuersis seruiciorum generibus, et specialiter in conflictu nostro contra Albertum Ducem Austrie, Regni nostri (tunc) capitalem inimicum, habito, ubi ijdem Herbordus et Johannes in expugnacione Castri Boro uocati, letalia uulnera in suis membris sustulerunt, prout per relacionem Baronum nostrorum fideliter inibi existencium intelleximus, fideliter exhibuerunt, in recompensacionem eorum fidelium meritorum, quamquam pociora et ampliora mererentur, ipsam terram Geru uocatam, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, dedi-

mus, donauimus et contulimus Herbordo et fratribus suis memoratis, et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, iure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam et habendam, sub metis antiquis et prioribus distinccionibus terminorum. Vt igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri anno Domini M° CC° nonagesimo tercio.

(Eredetie a gróf Teleki család magyarországi ágának levéltárában Gyömrőn. *Szabó Károly.*)

50.

50. *III. Endre király Chani Istvánnak Kerew nevű földet adományozza. 1293.*

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Ad hoc nos Deus in apicibus Regalis Celsitudinis erexit et euexit, ut metiri debemus merita singulorum, et licet manum munificam porrigere debeamus vniuersis, illos tamen plus pre ceteris prosequi debemus muneribus donatiuis, qui Regibus sedulos exhibent famulatus. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Stephanus filius Mathei de Chan, nostram adiens presenciam, quandam terram castri nostri de Zonuk Kerew uocatam a nobis peciit sibi dari; verum quia de qualitate et quantitate dicte terre, et utrum ad nostram collacionem pertineret nec ne, nobis ueritas non constabat, fidelibus nostris Capitulo Albensis Ecclesie Trannsiluane nostris dedimus litteris in mandatis,

ut Jhoni filio Jhonis homini nostro, suum darent testimonium, coram quo, idem Jhones reambularet dictam terram, et si inueniret eam ad nostram collacionem pertinentem, statuet predicto Stephano nemine contradictore existente, contradictores uero, si qui forent, ad nostram presenciam euocarent. Quod quidem Capitulum nobis postmodum rescripserunt (igy) in hec uerba.

Excellentissimo domino suo, Andree Dei gracia Illustri Regi Hungarie Capitulum Albensis Ecclesie Transsiluane inclinacionem et oracionem in Domino, debitas et deuotas. Litteras uestre Serenitatis recepimus in hec uerba :

Andreas Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis, Capitulo Albensis Ecclesie Transsiluane salutem et graciam. Stephanus filius Mathei de Chan quandam terram castri nostri de Zonuk Kerew uocatam petivit a nobis sibi dari, sed quia ueritas de prefata terra nobis non constat, vtrum ad nostram pertineat collacionem nec ne, fidelitati uestre precipiendo mandamus, quatenus mittatis hominem uestrum pro testimonio, coram quo Jhones filius Jhonis de Erkud, homo noster, accedat ad faciem dicte terre, et reambulet eandem, et videat, si nostram collacionem pertineat nec ne, post hoc autem qualitatem ipsius terre et quantitatem nobis fideliter rescribatis. Datum Strigonii feria sexta proxima ante festum Natiuitatis Beate Virginis.

Nos enim perceptis litteris obedientes, ut tenemur, cum dicto homine uestro ex nobis misimus pro testimonio, qui reuersus nobis dixit requisitus, quod ipso presente idem homo uester, super faciem memorate terre accedendo, ut sciscitari potuit, eandem invenit ad uestram collacionem pertinere, et esse suficientem ad decem aratra.

Nos igitur consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis ipsius St., que nobis in diuersis articulis, et maxime in expeditione nostra, quam contra dominum Albertum Ducem Austrie et Stirie eo tempore nostrum et Regni nostri capitalem inimicum habuimus, exhibuit et impendit, ubi predictus St. sub civitate Viennensi contra partem aduersam uiriliter dimicans letaliter extitit sauciatus, in recompensacionem tot et tantorum seruiciorum suorum aliqualem copiosam terram Kerew castri nostri de Zonuk, cum omnibus vtilitatibus et

pertinenciis suis vniuersis, sub eisdem metis et terminis, in quibus per priores possessores habita extitit et possessa, dedimus, donauimus et contulimus predicto Stephano, Gabrieli et Eye fratribus suis, et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrenocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Vt igitur huius nostre donacionis series robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum per quemquam possit retractari, presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodory Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nosri, anno Domini M°. CC°. nonagesimo tertio, pridie Nonas Octobris, Regni autem nostri anno quarto.

(Teutsch és Firnhaber, Urkundenbuch zur Geschichte Siebenbürgens I. köt. Bécs 1857. 183. l.)

51.

III. Endre király az erdélyi káptalan számára megerősíti IV. László királynak 60 oláh telket tárgyazó adományát, melyek egyszersmind a királyi adó alól is felmentetnek. 1293.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidlibus presentes litteras inspecturis salutem in salutis largitore. Deus in alta providencie sue specula sapienter dirigens et suaviter disponens vniuersa, licet nobis Regni commiserit gubernacula, tamen in apicibus Regalis culminis eleuati juste humilitatis precio inestimabilem vicem Diuine gracie debemus promereri, id autem efficaciter adimplemus, si in Sanctam Matrem Ecclesiam munificencie ramos longiores extendimus, et ea que ipsi pia deliberacione con-

cessa sunt, inconuulsa seruamus. Ea propter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos constricti suscepti regiminis aculeis, habito consilio omnium Baronum nostrorum nobiscum assidencium, vniuersos Olacos in possessionibus nobilium, vel quorumlibet aliorum residentes, ac predium nostrum Regale Scekes vocatum, ordinassemus reuocari, reduci et eciam compelli redire inuitos, si forte nostre in hac parte non acquiescerent parere jussionj; quia tamen nobis constitit evidenter, dominum Ladislaum quondam Serenissimum Regem Hungarie carissimum fratrem nostrum patruelem, Capitulo Albensis Ecclesie Transsiluane, ob suorum remissionem peccatorum huiusmodi donacionis beneficijs excrevisse, ut in quibusdam terris ipsius Capituli Fylesd, et Enud uocatis, a terris episcopalibus distinctis et separatis, sexaginta mansiones Olacorum libere et secure ualeant commorari, ab omnique exaccione seu collecta Regali, scilicet quinquagesima, decima uel quacunque alia, ijdem Olaci extorres habeantur penitus et immunes, prout hec omnia in litteris predicti Regis Ladizlai exinde confectis, et eciam nostris confirmantibus tenorem literarum memorati Regis, plenissime vidimus contineri. Nos attendentes hanc donacionem a prefato Rege Ladizlao salubriter esse factam, cum Ecclesie precibus magis, quam humano auxilio nostrum imperium tueatur, et ob hoc predicti Regis Ladizlai uestigijs in hac parte inherere cupientes, donacionem sexaginta mansionum Olacorum, ab eodem predicto Capitulo factam, ratam habemus et acceptam, sub ea immunitate, liberate et plenitudine, que superius singillatim, et expressius explicatur, eamque auctoritate nostri priuilegii confirmamus. Vnde volumus et precipimus, quod nullus collectorum seu exactorum Regalis decime seu quinquagesime uel collectarum quarumlibet pro tempore constitutorum Olachos ipsius Capituli, in litteris suis superius comprehensis residentes usque numerum prefixum, audeat molestare, nec quinquagesimam, decimam, seu exaccionem aliam quamlibet exigere presumat ab iisdem. Vt igitur hujus nostre ratihibicionis et confirmacionis series, robur optineat perpetue firmitatis, nec processu temporum in irritum possit reuocari, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodori,

Albensis Ecclesie Prepositi, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M°. CC°. nonagesimo tertio, septimo Idus Nouembris, Regni autem nostri anno quarto.

Nos eciam Johannes Dei gracia Archiepiscopus Colocensis, aule domini Regis Andree Cancellarii (igy), et Petrus Transsiluanus, ac Thomas Boznensis, per eandem Episcopi; item frater Gerhardus Prior et Conuentus fratrum Predicatorum de Alba Transsiluana; item frater Andreas Prior, totusque Conuentus Ordinis fratrum Heremitarum Sancti Augustini de eadem, quum originale presencium scriptorum fratribus memorati Capituli Ecclesie Transsiluane, de loco ad locum, propter uiarum discrimina, secum deferre tutum esse non videbatur, ad peticionem et instanciam prenotati Capituli presentibus ipsarum priuilegialium litterarum, dicti domini Andree Regis, eidem capitulo donataretur (igy), coram nobis de uerbo ad uerbum cum summa diligencia transscriptis, ut eisdem plena fides ubique locorum adibeatur, sigilla nostra duximus apponenda.

(Teutsch és Firnhaber u. o. I. köt. 185. l.)

52.

A pécsi káptalan bizonyságot tesz arról, hogy egyrészről Tamás bosnyák püspök és testvére Demeter mester a Szente-Mágócs nemzetségből, másrészről Lőrincz mester és testvéré Filpes mester, a közöttök a kapornai részjószág iránt folyt villongásnak egyesség által véget vetettek. 1293.

Nos Capitulum Quinqueecclesiensis Ecclesie memorie conmendamus per presentes, quod magister Abraam Notarius Capituli Ecclesie Boznensis, pro dominis suis venerabile patre, domino Thoma Dei gracia Episcopo Boznensis Ecclesie, et pro magistro Demetrio fratre carnali eiusdem, filijs Elek de genere Scentemagych, exhibendo litteras eiusdem domini Episcopi Boznensis de ratiabicione ab una parte, nobilis iuuenis magister Laurencius filius magistri Phs. (Philpes) pro se, et pro fratre suo carnali et magistro Phs. (Philpes) vocato, ab altera, personaliter in nostri presencia constituti, dixerunt, quod cum super facto illius porcionis terre, quam porcionem in terra Koporna vocata dominus Episcopus Boznensis Ecclesie, et magister Demetrius frater suus carnalis, titulo empcionis dignoscuntur possidere, inter partes uerteretur materia questionis, partibusque diucius alterquantibus, tandem secundum arbitrium proborum virorum conprouincialium, prefata porcio terre in Koporna, sub eodem titulo empcionis cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, cessit et remansit eidem domino Thome Episcopo Boznensi, et fratri suo magistro Demetrio, eorumque heredibus et successoribus irretractabiliter et irreuocabiliter iure perpetuo possidenda, prenotati autem nobiles iuuenes, magister Laurencius et Phs. cesserunt et renunciarunt omni liti et accioni sue, quam forte nunc uel in posterum, racione huius porcionis terre collate in Koporna aduersus eosdem do-

minum Episcopum et fratrem suum mouere potuissent. Item super omnibus et omnimodis destruccionibus, combustionibus, dampnis datis, et iniurijs, uel iniuriosis faccionibus quibuslibet hinc et inde sub — — — — illatis usque modo, sev usque datam presencium litterarum, secundum arbitrium proborum virorum conprouincialium sibi invicem et ab invicem, mutuo satisfacientes, perpetuam pacem se habere et conseruare in futurum sunt confessi oraculo viue uocis, et quod neutra parcium alteram partem super preteritis dampnis quibuslibet uel iniurijs poterit molestare in futurum. Si quis vero parcium ab huiusmodi composicione resiliens, super preteritis quibuslibet dampnis, uel super quibuslibet iniuriosis faccionibus aduersus alteram partem, litem mouerit quamcumque; item post datam presencium si quis parcium rixarum susscitatrix, uel controuersiarum incitatrix, iniuriarum irrogatrix, dampnorum datrix quorumlibet, cedium illatrix extiterit in futurum, et hoc nobis et Capitulo Boznensis Ecclesie per homines nostros certitudinaliter constiterit, extunc sicut iam nunc, ad nostrum et eiusdem Capituli Boznensis Ecclesie scitum, et ad inquisicionem, hec pars sicut rebellis, preuia citacione facta, absque strepitu alicuius judicij, omni occasione, dilacione et qualibet tergiuersacione remotis, in termino, quem Judex assignandum duxerit, centum marcas parti aduerse soluere teneatur. Nos vero Capitulum Boznensis Ecclesie, dabimus litteras nostras ad dominum Regem transferendas, transgressoris uel transgressorum nomina sueque transgressionis modum siue seriem continentes. Ad hec utraque pars uoluit et assumpsit, vt venerabilis pater dominus noster P. Dei gracia Episcopus Quinqueecclesiensis hanc partem rebellem et quoslibet suos ad ipsam pertinentes interdicendi, suspendendi et excommunicandi habeat plenariam potestatem, quam quidem sentenciam excommunicacionis idem dominus noster Episcopus absque intermissione in eandem partem, et contra suos promulgare et promulgari, publicare et publicari facere teneatur. Ymmo nec absoluere possit, donec leso uel lesis de dampnis eorum satis fiat competenter. Ab hac tamen sentencia excommunicacio nis sola venerabilis persona domini Epscopi Boznensis Ecclesie excipitur excludendo. Datum in festo Sancti My-

chaelis Archangeli anno Domini millesimo CC-° nonagesimo tercio.

(Eredetie a Torma nemzetség levéltárában Csicsó-Keresztúron. *Szabó Károly.*)

53.

Kosody Pál, Olivér és Fekete János felperesek akként egyezkednek a pozsonyi káptalan előtt a dienesi és misérdi lakosokkal, hogy az alperesek a véletlenül megölt János rokonukért 6 girát fizessenek. 1293.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis oraciones in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis Paulo filio Cosme de Kosodi pro se et pro domina vxore sua Floris nomine, Oliuerio filio Lodomerij, Johanne dicto Fekete filio Michaelis nobilis de Wocha ab una, Dytrico villico Cunch, Jacobo Gotfrido de villa Dyenus, item Nicolao villico de Miser, Herbordo pro se et pro filijs suis et cognatis suis ab altera, ijdem Paulus, Oliuerius, Johannes Fekete prenominati nobiles confessi sunt viua voce, quod licet mota fuerit materia questionis inter ipsos super morte Johannis filij Itemerij (így) cognati ipsorum illata casualiter per predictos ciues de Dyenus et de Miser, ac diu ordine iudiciario altercati fuissent, tamen ad vltimum mediantibus probis viris, videlicet Jacobo et fratre suo Petro Comitibus, Comite Farcasio et magistro Petro fratre eiusdem, Herclino Judice Posoniensi, Jacobo antiquo Judice arbitrantibus, in talem pacis concordiam deuenissent, quod predicti hospites de Dyenus et de Miser pro morte predicti Johannis soluere deberent

Paulo filio Cosme et domine uxori sue, Oliuerio et Johanni antedictis sex marcas, quas sex marcas latorum denariorum Viennensium yjdem (igy) nobiles confessi sunt ab eisdem ciuibus se recepisse plenarie et habere, obligando se, quod si quis ex ipsis nobilibus aut domina Floris predicta processu temporum eosdem ciues vniuersos vel aliquos ex eis pro morte predicta attemptaret molestare, extunc ante litis ingressum ipsis Ciuibus soluere deberent ijdem nobiles decem marcas. In cuius rei testimonium ad peticiones utriusque partis nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo III.

A. B. C. D. E.

(Elrongyollott hártyán szép apró betükkel. Hártyán függ a még ép pecsét is. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 22. Nro. 3. Ez az első 5 elvágott betükkel jelelt okmány, mely kezem közé került. Rendesen csak A. B. C. szokott lenni s néha, kivételkép D is; itt pedig még E is van hozzá adva. *Knauz.*)

54.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Ilkai Pál Péter nevü szolgáját szabaddá tette. 1293.

(Vniuersis Christi) fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore (presencium volu)mus peruenire, quod Paulus filius Sumudur de Ilka constitutus personaliter in nostri presencia quendam seruum (suum heredit)arium Petrum nomine, latorem presencium, pro remedio anime sue et maxime pro remedio et salute domine — —, que in extremis laborans pro manumissione ipsius Petri intimas et effectui commendandas preces fudit, sicut (idem) Paulus nobis dixit, in filios filiorum manumisit et dedit perpetue libertati, dans eidem ubicunque et apud quoscunque uoluerit standi et manendi liberam facultatem. Obligando se, quod quicumque processu temporum eundem Petrum, uel ab eo descendentes occasione condicionis pristine impetere attemptaret in iudicio, seu extra iudicium, ipse teneretur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindenis Pentecostes anno Domini millesimo CC° nonagesimo tercio.

(Hártya. A már elkopott pecsét fehér zsinegen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 23. Nro. 1. A zárjel közti szavak az eredetiben, elszakadozván a hártya, hiányzanak. *Knauz.*)

55.

A poszonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Aglent, Oroszvári Chama neje, Annus nevű szolgálóját szabaddá bocsájtotta. 1293.

A. B. C.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod domina Aglent, uxor Chama de Vruzvár, constituta personaliter coram nobis, quandam ancillam suam Annus uocatam, filiam Margarethe similiter ancille sue, tempore tradicionis sue secum adducte, presente eodem Chama marito suo et Endre filio Renoldi, qui pro se et pro Nicolao fratre suo comparuit, et eciam presentibus Kene filia sua, ac Thoma de eadem Vruzvar, marito ipsius filie sue consencientibus et permittentibus spontanea voluntate pro sue, parentumque suorum animarum remedio in nostri presencia manumisit et tradidit perpetue libertati in filios filiorum. Dans eidem et omni posteritati sue ubicunque et apud quoscunque uoluerit commorandi liberam facultatem, obligando se, quod quicunque processu temporum eandem Annus occasione condicionis pristine intenderet forsitan molestare, predicta domina Aglent tenebitur eam defendere et tueri propriis laboribus et expensis. Datum in festo Sancti Vrbani Pape, anno Domini M. CC. nonagesimo tercio.

(Hártya. Ugyancsak hártya szalagról lefüggő ép pecséttel. Pozsony-káptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 23. Nro. 3. *Knauz.*)

56.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Dobrogoz községe nyolcz holdnyi szántóföldet Szent-Ggyörgyi Jakabnak eladott.
1293.

A. C. D.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis Paulo filio Primus (?), Karolo filio Kyris, Kozma filio Buhtc, Matheo filio Jaco pro se, et pro tota uilla Dobrogoz, ab una parte; Jacobo filio Petri de Sancto Georgio, Johanne filio Voncha, pro se et pro cognatis suis, scilicet filijs Chwnur et filijs Kemin, ab altera; idem Paulus cum omnibus socijs suis supradictis est confessus oraculo uiue uocis, quod ipsi per uenerabilem patrem Ladislaum Dei gracia Archiepiscopum Strigoniensium, dominum ipsorum, in maiorem libertatem uolentes se transferre, et tempore tribulacionis per nimiam destruccionem depauperati extitissent, et quam plurimum expensa indigerit, octo iugera terrarum arabilium de proprijs hereditarijs eorumdem, que iacent circa terram Jacobi antedicti, quorum vnus finis tendit uersus viam Dobrogoz, alius uadit ad magnam viam, que ducit in Chyliztu et dicitur via publica, ex communi uoluntate uendiderunt pro quatuor marcis latorum domino Jacobo supradicto, et per eum in filios filiorum suorum iure hereditario in perpetuum possidenda; ita tamen, quod de predicta terra omnes generaciones Jacobi, scilicet Johannes filius Voncha, sicut dixit coram nobis, nullam uim facientes, quia ad empcionem terre Jacobum in nullo adiuuantes, sed omnino Jacobo sepedicto remanebit. Dicimus eciam, quod idem Jacobus mediam marcam in dicto negocio laborando dicit expendisse; obligans se etiam tota uilla Dobrogoz, quod quicunque processu tem-

porum Jacobum sepedictum supra predicta terra uellent molestare, seu agrauare, tenebitur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium nostras litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Incarnacionis Dominice M. ducentesimo nonagesimo tercio.

(Hártya. Vöröszöld selymen függ a pecséttöredék. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 4. Nro. 2. *Knauz.*)

/

57.

Az erdélyi vajda a dézsvári lakosoknak megengedi, hogy IV. László és III. Endre királyok privilegiumai szerint csötörtökön vásárt tarthassanak. 1293.

— — — — — — — — — — — — — — —

— — Wajvoda Transylvanie, et Comes de Zolnok, memorie commendamus significantes universis presencium per tenorum, quod ad instanciam, et peticionem hospitum in Deeswar existencium hanc gratiam duximus concedendam benevole, et fauorem, et quia habito consilio coguovimus, et vidimus — — — — — sicut et profectum Camere domini Regis, prout vidimus in literis Ladizlai Dei gratia Illustris Regis Hungarie, nec non Andree Dei gratia similiter Regis Hungarie, vt quarta feria forum liberum ab omni jurisdiccione, et judicio nostrorum officialium exemtum sine tributo possit celebrari — — — — volumus, et nostris officialibus tam Comitibus pro tempore consitutis, quam — — — quod mercatores et omnes venientes libere veniant, ad ipsum forum conveniant, et secure redeant, nec — — — — aliquis eosdem cum suis rebus covenientes, vel recedentes de eodem, presummat molestare, seu aliquo modo perturbare. Datum in villa Chyves in octavis Sancti Michaelis

Archangeli anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio.

(Teutsch és Firnhaber, Urk. z. Gesch. Siebenbürgens I. köt. 185. l.)

58.

Házassági szerződés Ulászló szerbiai herczeg és Morosini Constanza, Morosini Mihály leánya közt. 1293.

Nel nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Sancto. Amen.

Io Basilio per la Dio grazia Vescovo Bassinense, vassallo e servitore del sig. Re Stefano, e Vito Robalevial da Ragusi, commessi dal sig. Re Stefano e dalla sig. Regina Caterina, e dal figliuolo loro sig. Uladislao, a questa cosa mandati ed instructi, promettiamo e giuriamo a nome del sig. Re Stefano, e della detta sig. Regina Caterina, e del loro figliuolo Uladislao, sopra le anime loro e sopra le nostre anime, al sig. Albertin Morosini, Avunculo del sig. Re di Ungheria, e a Michiel di lui figlio, che il Re Stefano e la sig. Caterina tolgono Costanza figliuola di Michiel Morosini per suo figliuolo Uladislao per legittima donna e che il sig. Uladislao la torra per legittima moglie; e secondo che ha parlato il sig. Re Stefano col Re Ungarico, si adempiranno le nozze, idest torrano Costanza figlia di Michiele Morosini per Uladislao figliuolo del Re Stefano, et etiam secondo che parleranno tra loro e nel termino che dicono promettiamo e giuriamo nei Santi Evangelii, e sopra l' onorata Croce nell' anima de sig. Re Stefano e della sig. Regina Caterina, e del sig. Uladislao loro figliuolo, e nelle anime nostre, che essi vogliono il tutto adempire, e tener fermo in secula seculorum Amen. Itme,

che ancora confermera tale cosa il sig. Re Stefano e la sig. Regina Caterina, ed il sig. Uladislao di nuovo con giuramento, secondo che nelle predette lettere è descritto, e percio fossero scritto in Servio ed in Latino, le quali sigillate furono consegnate a noi. E perche fosse data fede a queste, secondo che sono scritte di sopra, abbiamo imposto ad Antonio Notajo, che le scriva in Latino, e che Abracito Prete del Re le descriva in Servio, e ne facciano scrittura patente e sigillata. Queste cose furono fatte in Venezia nel gran palazzo del sig. Albertino, e furono testimonii messer Brina Vescovo di Trieste, frate Jacopo di Roma dell' ordine de Predicatori, eletto Vescovo di Creta, Ruggiero Morosini, Teofilo Morosini, Gio Paolo della Fontana di Ferrera, messer Marco Michieli, e messer Giovanni Zeno Venezius.

Questo a scritto Abracito Prete del detto Re Stefano nell' anno del Signore 1293. Ind. 6-ta nel mese di Agosto, nel di 24.

(Nardi Ferencz, Tre Documenti della famiglia Morosini. Padova 1840. 15—16. *Czech.)*

59.

A tihanyi konvent bizonyságlevele, hogy Bonch, Ágoston veszprémi kanonok testvére, Mártonnak veszprémi praebendariusnak és testvérének Jánosnak Veszprém városban lévő házát eladta. 1293.

Frater Reynoldus Diuina miseracione Abbas Monasterij Beati Aniani de Thiconio et Conuentus loci eiusdem omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait sapiens, tempus more flwij cursu volvitur instabili, adeo caute discretum est, ut ea, que racionabiliter geruntur, litterarum testimonio memorie commendentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod Bonch, frater discreti viri magistri Augustini Canonici Ecclesie Wesprimiensis ab una parte, et magister Martinus prebendarius predicte Ecclesie Wesprimiensis et Johannes frater suus ab altera, in nostri personaliter presencia constituti, idem Bonch quandam sessionem suam Wesprimii sub monte Ecclesie Beati Nicolai Confessoris existentem, cui a parte orientis riuulus in fine sessionis de fonte Kamakuta exiens decurrit, a parte vero aquilonis et occidentis sessiones Nicolai filij Mathie, et Gregorij filij Domnyka, ac Buhcus, jobagionum honorabilis Capituli ejusdem Ecclesie Wesprimiensis vicinantur, a meridionali autem parte via publica, que de Ciuitate Wesprimiensi vadit in Byliga, pro quindecim pensis latorum denariorum Wiennensium plene habitis et receptis coram nobis, ab eisdem magistro Martino et Johanne confessus est vendidisse perpetuo et irrevocabiliter predictis magistro Martino et Johanni fratri suo possidendam tenendam et habendam, in filios filiorum dicti Johannis et heredum per heredes; assumendo et obligando se idem Bonch et ejusdem heredes heredumque suorum successores processu temporis racione dicte sessionis prelibatos magigistrum Martinum

et Johanem fratrem suum ac eiusdem heredes ab omnibus inquietare et molestare volentibus expedire proprijs eorum laboribus et expensis. In cujus rei memoriam atque uberiorem cautelam presentes concessimus litteras sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum in octavis Beati Michaelis Archangeli, secundo Nonas Octobris anno Domini M° CC° nonagesimo tercio.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

60.

Máté királyi fölovászmester s pozsonyi főispán, és Chák kir. fő-fegyvernök a pozsonyi polgárokat néhány jogaik gyakorlatában biztosítják. 1293. körül.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Matheus Agasonum, Comes Posoniensis, et Chaak Ensiferorum Magistri domini Regis, salutem in Domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nos judicem et uniuersos coniuratos ac ciues de Posonio in propriis legibus eorundem et iuribus, per Excellentissimum dominum nostrum Andream Dei gracia Illustrem Regem Hungarie eisdem concessis, mediante fide nostra promisimus et promittimus conseruare, vniuersa iura in nauigio portus Pernald cum nautis et nauibus siue carinis atque quouis tributo, et thelonio in quadam possessione Zeplak vocata, et quibuslibet utilitatibus eiusdem possessionis, eisdem ciuibus pacifice permittendo. Ut autem ijdem de huiusmodi promissionibus nostris reddantur certiores ad robur ipsius pleniöremque firmitatem presentes litteras nostras eisdem concessimus

sigilli nostri munimine roboratas. Datum Posonij secunda feria proxima ante festum Omnium Sanctorum.

(Eredetie Pozsony sz. k. város levéltárában.)

61.

III. Endre király Herkulin pozsonyi bírónak hű szolgálataiért Misséd falut ajándékozza. 1294.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris presens sriptum inspecturis salutem in omnium Saluatore R(egiam condecet Maiest)atem precibus condescendere subditorum optatis, horum maxime, qui sibi tempore oportuno commendabilem famulatum in feruore fidelitatis impendisse dinoscuntur. Proinde ad vniuersorum n(oticiam volumus perueni)re, quod Herculinus fidelis villicus noster de nostra Ciuitate Posoniensis ad nostram accedens presenciam quandam terram nostram Mysser uocatam in Comitatu Posoniensi in Chollokuz (existentem ha)bitatoribus destitutam a nobis petiuit sibi dari, super qua olym hospites castri nostri Posoniensis residebant. Nos itaque considerantes fidelitates et grata seruicia dicti Herculini, (que nobis) a tempore coronacionis nostre cum sumpma fidelitate (impendit), non parcendo rebus suis nobis offerendis, et personam suam casibus fortune submittendo; maxime tunc, cum castrum Posoniense per industriam et miliciam Mathei Comitis Posoniensis Magistri Agazonum nostrorum dilecti et fidelis a Nicolao Palatino filio Hemerici et Castellanis eiusdem recuperatum extitisset; volentes eidem Herculino pro huiusmodi seruicijs suis nobis fideliter impensis Regio occurrere cum fauore, predi-

ctam terram Mysser uocatam cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs suis vniuersis sub eisdem metis et terminis, in quibus per priores possessores habitata extitit et possessa, de gracia speciali sepedicto villico nostro Posoniensi et eorum (így) heredibus, heredumque suorum successoribus vniuersis, dedimus, donauimus et contulimus jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et tenendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodóri Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellari (így) dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M° CC° nonagesimo quarto, Regni autem nostri anno quarto.

(Kiírva a pozsonykáptalani országos levéltárnak Capsa XIV. Fasc. 12. 6-ik számából, melyben átírja ez okiratot ugyane Herculin „Iudex Ciuitatis Poson.“ kérésére a pozsonyi káptalan; „predictum priuilegium non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegialibus inseri fecimus, nostro sigillo sigillantes. Datum in octauis Natiuitatis B. Johannis Baptiste. (Jul. 1.) anno Dom. M° CCC° tercio. Hártyán írva, alján A. B. C. a még ép pecsét vörös fehér selymen függ. A zárjel közti szavak az eredetiből kitépetvék. *Knauz.)*

62.

III. Endre király megerősíti IV. Lászlónak Zoich helységet nővére számára adományozó okmányát. 1294.

Nos Andreas Dei gracia Rex Hungarie, memorie commendantes significamus, quibus expedit tenore presencium universis, quod sorores de Insula Beate Virginis exhibuerunt nobis quasdam patentes litteras Ladislai condam Illustris Regis Hungarie super facto cuiusdam possessionis Zoich vocate confectas, petentes nos humiliter et devote, vt ipsas patentes litteras rati habere, et nostris patentibus litteris dignaremur confirmare. Quarum quidem patencium literarum tenor talis est :

Nos Ladislaus stb. (következik IV. László király okmánya, mely olvasható Okmánytárunk IV. kötetében 340. l.)

Nos igitur iustis et legitimis peticionibus predictarum sororum favorabiliter inclinati, prefatas patentes litteras Regis Ladislai non cancellatas, non abrasas presentibus inseri fecimus, (et) dictis sororibus auctoritate presencium sine preiudicio juris alieni confirmamus. Datum Bude in die Cinerum anno Domini M° CC° LXXXXIV°.

(Cornides kéziratai VIII. kötetéből. *Czech.)*

63.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Toroczkoi Chelleus Gerebenes helység felerészét unokaöcscseire Istvánra és Endrére átruházta. 1294.

Capitulum Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transsiluane, vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Vniuersorum noticie harum serie declaramus, quod magister Chelleus filius Chelleus de Turuzkov, personaliter coram nobis comparendo, totalem medietatem cuiusdam hereditarie terre sue, ut idem dixit, Gerebenes uocata, in Comitatu de Thorda existentis, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis, sub eisdem antiquis metis, signis, seu terminis, quibus eam habuit et possedit, dedit, donauit, et irreuocabiliter contulit cognatis eius, Stephano scilicet, et Andree filiis Helemban, genitis ex domina sorore, predicti Chelleus — — — sui, et per eos eorundem successoribus iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius rei testimonium, perpetuamque firmitatem, ad peticionem et instanciam predictorum presentes concessimus litteras munimine nostri sigilli roboratas. Datum magistro Michaele Preposito, Gregorio Cantore, Paulo Custode, Petro Archidiacono de Clus, Decano Ecclesie nostre existentibus. Anno Domini M°. CC°. nonagesimo quarto.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenbuch zur Geschichte Siebenbürgens I. köt. 188. l.)

64.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Balázs pozsonyi várjobbágy Miklós szolgáját Vörös Ábrahám Pozsony megye alispánjának eladta. 1294.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspectu ris Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Blasio filio Georgij, jobagione castri ab una parte, Abraham Rufo Curiali Comite Posoniensi ab altera, constitutis personaliter coram nobis, idem Blasius, quendam seruum suum hereditarium Nicholaum nomine, simul cum ipsis in nostri presencia presencialiter conparentem, et se esse seruum ipsius Blasij pure et simpliciter confitentem, eidem Abrahe Rufo, pro quatuor marcis, receptis plenarie ab eodem, uendidisse est confessus; obligacione huiusmodi inter serta, quod quicunque imposterum presentis vendicionis contractum niterentur in irritum forsitan reuocare, ipse videlicet Blasius antedictus, eundem Comitem Abraham tenebitur expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo quarto.

A. B. C.

(Hártya. A pecsét zöldvörös selymen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 28. Nro. 29. *Knauz.*)

65.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Zori Oka és Simon, kiknek testvérét Endrét János, Benedek pozsonyi várjobbágy szolgája megölte, ezekkel egyezkedtek. 1294.

A. B. C.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus uniuersis, quibus expedit per presentes, quod constitutis personaliter coram nobis Oka filio Baad de Zor pro se et pro fratre suo Symone ex una parte, Petro filio Benedicti de eadem Zor, jobagione castri Posoniensis, cum seruo suo Johanne hereditario ab altera, idem Oka est confessus, quod cum ex suasione diabolica Johannes seruus hereditarius Petri superius memorati, Andream fratrem Oka supradicti casualiter occidisset, tandem tam propter Deum, quam eciam propter lineam consanguinitatis, mediantibus probis viris inter ipsos habitam (így) in quindecim pensis denariorum Wienensium, partes de bona voluntate concordassent, quam summam pecunie prefatus Oka, ab eisdem Petro et seruo suo Johanne supranominato, se plenarie recepisse coram nobis est confessus. Obligauit eciam se idem Oka supranominatus, puod quicunque processu temporum super morte fratris sui Andree, eosdem Petrum et seruum suum Johannem inpetere forsitan attemptaret, ipse Oka et frater suus Symon tenebuntur eosdem Petrum et Johannem seruum suum expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M. CC. nonagesimo quarto.

(Hártya. Vörösfejér zsinegen függ a még ép pecsét. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 19. Nro. 1. *Knauz.*)

66.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Miklós Bulchnak fia, és Balázs Karachinnak fia Torch nevü birtokukban száz királyi holdnyi szántóföldet eladtak. 1294.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod constitutis personaliter coram nobis Nicolao filio Bulchu, Blasio filio Karachini ex una parte, Benedicto filio Mancha ex altera, ijdem Nicolaus et Blasius sunt confessi, quod ipsi ex magna necessitate coacti de terra ipsorum Torch uocata, que olim ex gracia domini Bele Excellentissimi Regis Hungarie auis, et post hec patribus ipsorum fuerat collata, centum iugera terre arabilis sita in ipsa terra a parte superiori uersus aquilonem secundum mensuram Regiam, ut dixerunt, uidelicet quodlibet iuger habens in longitudine septuaginta duas mensuras Regias, et in latitudine duodecim, uendidissent eidem Benedicto de generacione sua pro sex marcis latorum denariorum Wyennensium in filios filiorum perpetuo iure possidendam; quam summam pecunie ijdem Nicolaus et Blasius plenarie recepisse ab eodem Benedicto sunt confessi. Obligantes eciam se ijdem Nicolaus et Blasius, quod quicunque processu temporum racione terre supradicte eundem Benedictum impetere forsitan attemptaret, Nicolaus et Blasius supradicti tenebuntur ipsum Benedictum expedire proprijs laboribus et expensis; dantes eidem auctoritatem ex nunc uendendi, donandi, seu relinquendi cui uelit. In cujus rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M. CC. nonagesimo quarto.

A C D.

(Hártya. Vörös zöld selymen függ az ép pecsét. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa 14. Fasc. 18. Nro. 3. *Knauz.*)

67.

Pál somogymegyei albíró Herman pannonhalmi apátnak Kara nevü földet odaitéli. 1294.

Nos Comes Paulus Vice-Judex magistri Iwanoe Curie (?) Comitis Symigiensis, memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presenciam per tenorem: quod quia Comes Johannes de Egyude, et Iharus frater eius, mediantibus litteris eiusdem magistri Iwance diem vnum assumpserant, ut in termino assignato litteras seu instrumenta sua super facto terre Kara confecta, impedite per virum religiosum fratrem Hermannum Abbatem Sancti Martini de Sacro Monte Pannonie, et similiter idem dictus Abbas litteras et instrumenta sua super facto eiusdem terre Kara emanata contra eosdem exhibere coram nobis debuisset, ipsoque termino assignato prefatus Comes Johannes venit et exhibuit pro se et pro Iharo fratre suo quasdam litteras non predicte terre Kara continentes, quibus perlectis ipse Comes Johannes dixit, quod ignoranter secum alias litteras illuc apportasset, postmodum ibidem assumpsit voluntatem, vt sabatho venturo in octauo die predicti termini litteras et priuilegium factum predicte terre Kara contineneia exhiberet. Nos vero una cum magistro Valentino et aliis nobilibus in loco judicii nobiscum assidentibus decreuimus, vt in ipso octauo die ante exhibicionem litterarum suarum deberet dare vnum iudicium pro se, et alind pro Iharus fratre suo prenotato, pro eo, quia in primo termino assumpto litteras et instrumenta sua premissa exhibere non potuit, prout superius est expressum. Ipsoque ergo termino adueniente predictus Comes Johannes personaliter pro se et pro eodem Iharus comparendo, predicto domino Abbate personaliter adstante exhibuit quasdam patentes litteras, et vnum priuilegium tenorem earundem patencium litterarum continens domini Ladizlai quondam Regis Hungarie. Quibus visis et perlectis inter cetera vidimus con-

tineri, quod quandam particulam terre Comitis Gregorii filii Johannis ipsi Comiti Gregorio pro meritoriis suis seruiciis contulisset. Contra quem iam dictus dominus Abbas respondit, quod nec terram castri ex collacione Regia habitam nec hereditariam terram haberent in predicta terra Kara aliqualem, sed omnino et vniuersaliter esset hereditaria terra monasterii Sancti Martini. Nos uero adiudicaveramus, quod prefatus Comes Johannes iam dictam terram ex collacione Regia habitam et iuxta eandem terram eorum hereditariam, sicut in priuilegio prescripto continetur, feria quarta post festum Mathei Apostoli coram testimonio Conuentus Simigiensis ostenderet homini nostro et cum eodem reambularet, et similiter dominus Abbas terram suam hereditariam iuxta assercionem suam prenotatam; postmodum ambe partes cum litteris et priuilegiis eorum ad finalem decisionem cause sabbatho sequenti post predictum terminum comparerent coram nobis iterato. Ipsoque die adueniente predictus Comes Johannes non venit, nec aliquem pro se misit, predictus vero dominus Abbas venit ad exhibendum suum priuilegium ad finalem decisionem cause sue ordine iudiciario suscipiendi, exhibuitque litteras predicti Conuentus, in quibus reperimus, quod iam dictus dominus Abbas super faciem terre seu possessionis Kara comparendo, totaliter in ius et proprietatem dicti Monasterii pertinere dixisset terram Kara prenominatam, predictus vero Johannes non comparuisset, nec illuc venisset vt assumpserat. Nos igitur considerata et intellecta veritate, et maxime quia predictus Comes Johannes ad exhibendum suum priuilegium et ad finalem decisionem cause venire non curabat, vt premittitur, ipsam terram Kara cum omnibus vtilitatibus et pertiuenciis suis ac prato et vineis ordine judiciario ipsi Monasterio Sancti Martini restituimus seu statuimus in pace habendam, tenendam et possidendam. Presentes autem propter maiorem rei cautelam sigillo prescripti predicti Magistri Iwance domini nostri fecimus sigillari. Datum sabbatho proximo post festum Mathey Apostoli anno Domini M° CC° nonagesimo quarto.

(A somogyi sz. egyedi konvent 1418-ki átiratából, mely öristetik a sz. mártoni főapátság levéltárában.)

68.

László mester, Thekus gróf fia Péter mesternek, Tivadar fiának beír Kerechen helységben egy birtokrészt. 1294.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Magister Ladislaus filius Comitis Thekus salutem in omnium saluatore. Ne gestis antiquitas valeat nouercari, et ea, que racionabiliter aguntur in tempore ne cum ipso tempore facilius elabantur, sollers hominum causa adinuenit testimonio scripturarum communiri. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos consideratis meritoriis serviciis magistri Petri filii Theodori a primeuis puericie sue temporibus in diuersis casibus et causis nostris fideliter nobis exhibitis et devote, et specialiter morte Jacobi filii sororis sue et Thome cognati sui, quam in defendendo nos in quadam expedicione viriliter persoluerat, quandam particulam terre de terra nostra hereditaria Kerechen vocata abcisam, et bona voluntate et induccione Johannis filii nostri karissimi, et Lachk, Stephani, Dyonisii, Laurencii et Borandi filiorum magistri Stephani, ac Johannis filii magistri Dyonisii, et Thekus filii Bach fratrum nostrorum karissimorum, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis, et specialiter cum loco turris in eadem particula terre existenti, dedimus, donauimus et contulimus eidem magistro Petro, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure hereditario pacifice et quiete ac irreuocabiliter possidendam pariter et habedam. Cujus quidem particule terre mete hoc ordine distinguuntur: Prima meta incipit a loco turris memorate, distinccione tendenti versus metas Forrou; deinde vertit ad partem meridionalem juxta terram filiorum Jacobi et fratrum suorum; et deinde vadit ad orientem versus terram Gochafelde; et ab inde tendit versus septemtrionem, item ad predictam terram magistri

Ladizlai, et per pratum in eadem latitudine venit ad locum turris memoratum; et hoc ambitu seu circulo prefata particula terre terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, munimine nostri sigilli insignitas. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo quarto.

(Eredetie hártyán, melyről László mester pecséte zöldvörös zsinegen függ. Találtatik a sáros-pataki főiskola könyvtárának kéziratai közt.)

69.

Márton gróf alországbíró a veszprémi káptalannak bizonyos nagyberényi birtokot oda itél. 1294.

Nos Comes Martinus Vice-Judex Curie domini Regis memorie commendantes significamus, quibus expedit tenore presencium universis, quod cum Mathias, Mathe, et Naburg filij Foymos, curriferi buchariorum, Lukach, et Blasius filij Pethe pincerne, ac vniuersi populi domine Regine de Nag Beren, de Comitatu Simighiensi, ex quibus, et pro quibus ijdem Mathe, Lukach, et Blasius cum sufficienti procuratorio comparuerunt, discretum virum Magistrum Andronicum Prepositum Ecclesie Vesprimiensis, aule domine Regine Vice-Cancellarium, et Capitulum ejusdem Ecclesie, de quibus, et pro quibus idem Andronicus Prepositus astitit, coram domino Andrea Illustri Rege Hungarie, domino nostro traxissent in causam, et idem dominus noster Rex ipsam causam parcium nobis commisisset judicandam; predicti Mathe, Lukach et Blasius pro se, et pro omnibus alijs prescriptis egerunt in figura judicij proponentes, quod Andronicus Prepositus et Capitulum Wesprimiense predicti possessionem ipsorum empticiam in terris arabilibus, sylvis, vineis, et feneto, quam a Michaele filio Balad in Beren precio comparaverant, indebite

occupatam detinerent, in ipsorum prejudicium et gravamen. E converso vero idem Andronicus Prepositus pro se et Capitulo Wesprimiensi respondit, quod ipsa terra contenciosa, quam dicti populi ab eodem Michaele precio comparauerint, non fuisset hereditaria terra ipsius Michaelis, sed de terris Reginalibus de terra Beren secata per populos de eadem, empcionis titulo ad ipsum Michaelem extiterat devoluta, et sic ijdem populi seu condicionarij postmodum eandem terram emerunt ab eodem, sicut id et in privilegio Capituli Albensis, super empcione ejusdem terre per ipsos populos seu condicionales in judicio nobis exhibito plenius vidimus contineri. Verum quia predicta terra Reginalis fuit spectans ad eandem possessionem Beren, que videlicet possessio ex collacione domine Elisabeth, quondam Regine Hungarie per eundem Magistrum Andronicum Prepositum, et Capitulum Wesprimiense possidetur, non autem populi, seu condicionarij domine Regine vendendi seu alienandi ipsam terram habuerunt facultatem, una cum Baronibus domini Regis, et Nobilibus Regni nobiscum in judicio assidentibus, qui ijdem populi seu condicionarij modo prehabito in suis questionibus per omnia defecerunt, sentencialiter decernendo, predictam terram cum utilitatibus suis reliquimus et statuimus authoritate judiciaria eisdem Andronico Preposito, et Capitulo Wesprimiensi perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Datum Bude sexto die Beati Jacobi Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

(III. Endre király 1295-ki megerősítéséből, alább 73. sz. a.)

70.

Egyezkedés György brebiri gróf, Almissa város nevében, és Morosini Roger jadrai gróf közt, melyben egymásnak tíz évre békességet fogadnak, Spalato város és több jadrai polgár kezessége mellett. 1294.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnacionis ejus millesimo ducentesimo nonagesimo quarto Indiccione VII., die Dominico XXVIII. Marcii dominus Georgius Comes Berberiensis (Brebiriensis) solempniter inivit, fecit et firmavit pro se ipso et gente sua, ac subditis suis, et nomine Communis et hominum Almisii meram, puram et firmam treugam usque ad decem annos continuos et completos cum egregio viro domino Rogerio Maoroceno Jadrensi Comite recipienti et stipulanti nomine et vice Illustris domini Ducis Venetiarum, Communis et hominum Civitatis eiusdem, nec non habitatorum, fidelium, subjectorum et districtualium suorum. Promittens predictus dominus Comes Georgius predicto domino Rogerio Mauroceno Jadrensi Comite, recipiente et stipulante nomine predicti domini Ducis, Communis et hominum Veneciarum, ut predictum est, quod ipse per se et suos, ac per homines Almisii non offendet nec offendi faciet vel permittet in personis vel rebus Commune et homines Veneciarum, habitatores, fideles, districtuales seu subditos dicti domini Ducis et Communis Veneciarum tam in mari, quam in terra, nec aliquam terram seu locum existentem sub dominio domini Ducis predicti; sed eos omnes et singulos eorum habebit salvos, et securos ubique. Item eodem modo promisit, quod si ipse tam per se, et suos, qam per homines Almisii acceptasset aliquid contra honorem dicti domini et Communis Veneciarum de terra Farre et Braze, vel de aliqua terra vel loco habente Rectorem pro dicto domino Duce, in terris suis vel sibi subjectis, removebit se de hujusmodi acceptamento, et de cetero contra honorem ejus non acceptabit amplius de terris et locis

predictis. Item quod predicti homines de Almisio, seu per ullos eorum vel alicujus eorum, seu per homines, qui se receptarent pro eis, vel essent sub eorum dominio, non accostabunt se cum eorum ligno, vel lignis alicui vel aliquibus ligno vel lignis Veneciarum vel habitatorum Veneciarum, fidelium, vel subditorum ac districtualium domini Ducis, nec inferent vel facient eis, vel alicui eorum, nec alii vel aliis, qui foret vel forent in dicto ligno vel lignis, iniuriam, molestiam, dampnum, offensionem vel gravamen in personis vel rebus existentibus in ligno vel lignis. Et eciam predictos Venetos, habitatores Veneciarum, fideles, subditos et districtuales dicti domini Ducis existentes in ligno vel lignis forinsecorum, cum personis vel rebus non offendent, nec eis inferent, nec facient injuriam, molestiam, dampnum, offensionem, vel gravamen in personis vel rebus eorum, sed eos omnes et singulos eorum cum personis et bonis omnibus et rebus eorum, tam in suis quam in forinsecorum ligno vel lignis habebunt saluos et securos, nec venient ab Ancona ultra usque Venecias, nec Ania (?) ultra versus Venecias, nisi esset propter fortunam aut austeritatem temporis. In quo quidem neminem offendent tam Venetum quam forensem; sed redibunt ultra dictos confines quam poterunt citius. Ceterum si contingeret aliquo casu, quod per dictum dominum Comitem Georgium vel aliquem hominem Almisii, seu subditorum suorum daretur dampnum alicui Veneto, subjecto, fideli, habitatori vel districtuali dicti domini Ducis et Communis Veneciarum, quod ipse dominus Comes Georgius teneatur totum dampnum illud datum, cum fuerit per dominum Ducem requisitum infra unum mensem, postquam ipsa saytea, vel lignum, vel ligna in Almisium, vel ad loca vel terras suas, fratrum suorum vel alterius eorum, seu terras vel loca fidejussorum redibit, seu homines ipsius ligni vel saytee aut discarigatis vel missis rebus acceptis in Almisium, vel in terris vel terras fidejussorum vel communium infrascriptorum, vel in alias subjectas predicto Domino Comiti Georgio vel fratribus ipsius quocunque modo dictum damnum totum integre satisfacere. Et si dictum lignum vel ligna, vel gens sua non rediret ad loca predicta, vel fratrum suorum, vel alterius eorum, et dominus Dux ipsum damnum peteret uel requireret ante regressum suum, promisit dare tantum in aurum vel ar-

gentum, quantum per Dominum Ducem requisitum fuerit esse damnum predictum infra octo dies post mensem predictum in forciam Comitis Iadre, qui erit pro tempore, quod tamdiu penes dictum Comitem Iadre stare debeat, quamdiu ipsa saytea, vel lignum, aut ligna, que damnum dederit, in Almisium, vel ad loca predicta redibit, vel homines ipsius; que cum redierit, totum illud damnum emendare se obligavit, et promisit, et satisfacto dampno predicto dictus Comes Iadre teneatur restituere aurum et argentum predictum dicto Comiti Georgio. Et si forte ipsa saytea, vel lignum, aut ligna, vel gens sua, propter magnum lucrum, quod faceret contra pacta predicta, vel alia de causa non rediret in Almisium, vel ad loca predicta, sicut dictum est supra, ita quod staret per duos menses extra, ultra primum mensem predictum totum illud dampnum, quod datum fuerit, et per dominum Ducem requisitum, infra duos menses predictos integre resarcire se obligavit et promisit. Item eodem modo promisit dictus Comes Georgius de dampno dato Tarette de Cafradello et genti sue, et Philippo Georgio cum gente de barca sua, dare et solvere libras quatuor mille denariorum Venetorum parvorum, videlicet libras mille infra dies XV proxime venturos, et residuum infra duos annos proxime nunc venturos, scilicet quolibet anno libras mille quingentas denariorum Venetorum parvorum, usque ad satisfaccionem integram dicte summe quantitatis. Et si accideret, quod dicta terra Almisii exiret de manibus et forcia dicti Comitis Georgii vel fratrum suorum, vel propinquorum suorum, seu gentis sue infra terminum suprascriptum, quod non teneatur de treuga predicta. Salvo tamen, quod si aliquod lignum vel saytea exivisset extra Almisium, vel terris suis, vel aliqua earum, antequam terram perdidisset, et dictum lignum vel saytea faceret damnum aliquod, teneatur satisfacere dictum dampnum in terminis suprascriptis tam si lignum rediret ad loca predicta, quam non, et satisfacto dampno non teneatur. Insuper predictus dominus Georgius Comes per se et suos homines et nomine hominum et Communis Almisii, ut predictum est, juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro in animam suam et suorum hominum, ac hominum Almisii predictorum attendere et observare et adimplere, et attendi et observari

et adimpleri facere, omnia et singula suprascripta et quodlibet eorum, et non contra facere vel venire contra predicta vel aliquod predictorum per se, vel alium, vel alios aliqua racione, ingenio, sive causa, sub pena librarum viginti millium denariorum Venetorum parvorum solempni stipulacione promissa. Versa vice predictus dominus Rogerius Mauroceno Comes Jadre nomine et vice dicti domini Ducis Communis et hominum Veneciarum, habitatorum et subjectorum, fidelium ac districtualium suorum nuncius, syndicus et procurator specialis Illustris domini Petri Gradonici Dei gracia Veneciarum etc. Ducis etc. ad suprascripta et infrascripta specialiter constitutus, ut continetur in commissione dicti domini Ducis facta anno Incarnacionis Dominice millesimo ducentesimo nonagesimo tercio Indiccione VII., die XXX. mensis Decembris, a me Antonio Judice et Notario infrascripto visa et lecta, inivit, fecit et firmavit puram et firmam treugam usque ad decem annos proximos nunc venturos cum suprascripto domino Georgio recipiente et stipulante tam suo et suorum nomine, quam nomine hominum et Communis Almisii, promittens, quod predictus dominus Dux per se, seu per Commune et homines Veneciarum, habitatores, fideles et districtuales, seu subditos suos non offendet, seu offendi faciet, nec offendi permittet in personis vel rebus predictum dominum Comitem Georgium, nec Commune et homines eos ubicunque existentes, sed eos omnes et singulos in personis et rebus tam in mari, quam in terra Almisii habebit salvos et securos. Et in horum fidem et evidenciam pleniorem predictus dominus Comes Georgius presens publicum instrumentum sua bulla seu sigillo pendente cereo communiri mandavit. Et insuper domini Egidius Judex, et Leucarus Andree cives Spalatenses, syndici et procuratores nobilis viri domini Stephani de Tadinis de Ancona, Potestatis, Consilii et Communis et hominum Spalati ad infrascripta specialiter constituti, ut patet per instrumentum publicum dicti syndicatus, scriptum per manum Thome Vitalis de Perusio auctoritate Imperiali Notarii et Civitatis Spalati Jurati Notarii, et factum sub anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, Indiccione VII. die XXI. mensis Marcii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto, nomine et vice ipsorum

domini Potestatis, Consilii, Communis et hominum Spalati, et pro ipsis omnibus solempni stipulacione promiserunt, se facturos et curaturos omni excepcione et occasione remotis, quod predictus dominus Comes Georgius tam suo nomine, et suorum hominum, quam hominum et Communis Almisii, firma et rata habebit et adimplebit, omnia et singula suprascripta, et quelibet eorum, et non contrafaciet, vel veniet aliqua racione, ingenio sive causa de jure vel de facto, sub pena librarum trium' millium denariorum Venetorum parvorum solemni stipulacione promissa, et obligacione omnium bonorum Communis et hominum Spalati, mobilium et immobilium, presencium et futurorum. Item eodem modo nobiles viri domini Laurencius de Zeualelli Civis Jadre fidejubendo et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris octingentis denariorum Venetorum parvorum; Gallus olim domini Cerne de Mergia Civis Jadrensis fidejubendo et se pro predictis et quolibet predictorum principaliter obligando in libris et pro libris septingentis denariorum Venetorum parvorum; dominus Domaldus de Candolinis Civis Jadrensis fidejubendo et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris sexcentis denariorum Venetorum parvorum; dominus Dessa de Fasogna Civis Jadrensis fidejubendo, et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris sexcentis denariorum Venetorum parvorum; Barcho de Grisogono de Mauro Civis Jadrensis fidejubendo, et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris quadringentis denariorum Venetorum parvorum; Bivoldus de Batone, Micha Domini Jacobi de Scolatura, et Stephanus olim Marini de Labe, cives Jadrenses fidejubendo quilibet eorum et se pro predictis et quolibet predictorum pro dicto Comite Georgio principaliter obligando, quilibet eorum in libris et pro libris tercentis denariorum Venetorum parvorum; et omnes et quilibet eorum se obligando, ut dictum est, solempni stipulacione promiserunt pro se et eorum et cujuslibet eorum heredibus et successoribus dicto domino Rogerio Mauroceno, Egregio Iadrensi Comiti, recipienti et stipulanti vice

et nomine dicti domini Ducis Veneciarum, Communis et hominum Veneciarum, ut supra scriptum est, se facturos et curaturos omni excepcione et occasione remotis, quod predictus Comes Georgius tam suo nomine et suorum hominum, quam Communis et hominum Almisii, ut supradictum est, firma et rata habebit, et tenebit, et observabit, et adimplebit omnia et singula suprascripta, et quodlibet eorum, et non contrafaciet vel veniet aliqua racione, ingenio sive causa de jure vel de facto, sub penis predictis per eos vel quemlibet eorum expressis solemni stipulacione promissa et obligacione omnium bonorum suorum et cujuslibet eorum, pro quantitatibus supradictis, mobilium et immobilium, presencium et futurorum. Acta et firmata fuerunt predicta omnia et singula ad Obroium villam Sancte Marie monialium de Iadra in logia dicte ville, presentibus nobilibus viris dominis Vita de Cerne, et Mergia Michaele de Varicasa, et Jacobo de Zadollinis, ac dominis Rogerio de Lourechen, Volzina de Matafarto, Micha Picario, Gregorio dicto Gresco de Botone civibus Jadrensibus et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanduzii de Bononia Imperiali et Prefectoria auctoritate Iudex et Notarius predictis omnibus interfui et ut supra legitur rogatus publice scripsi.

(A „Liber Pactorum" czímű velenczei államkönyv III. kötetéből 66. l.)

71.

Trau, Sebenico és Scardona városok ugyanazon egyezkedésre vonatkozó kezessége. 1294.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnacionis eius millesimo ducentesimo nonagesimo quarto Indiccione VII. die Veneris IX. intrante Aprili. Nobilis vir dominus Mattheus Lucii civis Tragurii, syndicus, actor et procurator nobilis viri domini Philipuzii Rogerii de Todinis civis Ancone, Potestatis, Consilii et Communis Tragurii ad infrascripta specialiter constitutus, ut continetur in instrumento dicti syndicatus facto anno Dominica a Nativitate millesimo ducentesimo nonagesimo quarto Indiccione VII., die Jovis kalendis Aprilis, et scripto per manum Sirocti Petri de Ancona, Imperiali auctoritate et nunc Communis Tragurii Jurati Notarii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto, nomine et vice dicti Potestatis, Consilii et Communis Tragurii, et pro ipsis omnibus fidejubendo, et se pro nobili viro domino Comite Georgio Berberiensi tam suo nomine, et suorum hominum, quam nomine Communis et hominum Almisii principaliter obligando in libris et pro libris trium millium denariorum Venetorum parvorum; dominus Marinus Dorbnic Judex Civis Sybenicensis, syndicus, procurator et actor Egregii viri domini Georgii Jurisig de Berteris, Potestatis Sybenicensis, Milobrati Drugozai, Elie Dragovani, Marse Gregorii et Marini Drobine Judicum dicte terre Sybenicensis ad infrascripta specialiter constitutus, ut continetur in instrumento dicti Syndicatus facto anno Dominice Nativitatis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto Indiccione VII., die Jovis VIII. intrante Aprili, et scripto per manum Vincencii Diuiazi Sybenicensis Jurati Notarii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto, nomine et vice dictorum domini Potestatis, Judicum et Consilii et Communis Sybenicensis, et pro ipsis omnibus fidejubendo, et se pro

dicto Comite Georgio principaliter obligando in libris et pro libris quinque millibus denariorum Venetorum parvorum; dominus Lubacius Judex, Civis Scardonensis, syndicus, procurator et actor dominorum Pribim Bosani, et Bererislai Judicum Consilii et Communis Civitatis Scardonensis ad infrascripta specialiter constitutus, ut continetur in instrumento dicti syndicatus facto anno Dominice Nativitatis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, Indiccione VII., die XXIX. Macrii; et quia Notario carebant, erat dictum instrumentum syndicatus cum quodam sigillo dicti Communis Scardonensis cereo pendenti roboratum, quod quidem sigillum erat rotundum, integrum, non fractum vel in sui parte aliqua viciatum, in quo quidem sigillo erat scripta imago Beate Marie Virginis sedentis, et ad sinistrum latus ejus tenentis filium suum in gremio et brachio, et littere circumcirca ad dictum sigillum sculpte sic dicentes : „S. Communis Scardonensis“, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto nomine et vice dictorum Judicum, Consilii et Communis Scardonensis, et pro ipsis omnibus fidejubendo et se pro dicto Comite Georgio, ut supra dictum est, principaliter obligando in libris et pro libris mille quingentis denariorum Venetorum parvorum : Solempni stipulacione promiserunt, quilibet eorum se obligando, ut dictum est, se facturos et curaturos, omni excepcione et occasione remotis, quod dictus dominus Georgius Comes Berberiensis tam suo nomine, et suorum hominum, quam hominum et Communis Almisii firma et rata habebit et tenebit, observabit et adimplebit omnia et singula pacta et convenciones, facta, inita et firmata de treugua et super treugua Almisii per ipsum Comitem Georgium, ut supra dictum est, cum Egregio viro Rogerio Maureceno Jadrensi Comite recipienti et stipulanti vice et nomine Illustris domini Ducis Veneciarum, Communis et hominum Civitatis ejusdem, nec non et habitatorum, fidelium, subjectorum et districtualium suorum scriptas et scripta per me Antonium quondam Rolanduzii, Imperiali et prefectoria auctoritate Judicem et Notarium, anno et indiccione predictis, die Dominico XXVIII. Marcii, et eisdem syndicis et procuratoribus seriose singulariter et intelligibiliter coram infrascriptis testibus per me jam dictum Notarium lecta et lectas. Et non

contrafaciet et veniet aliqua racione, ingenio sive causa de jure vel de facto sub penis predictis per eos et quemlibet eorum syndicorum superius expressis, solempni stipulacione promissa, et obligacione omnium bonorum dictorum suorum Communium et cujuslibet eorum pro quantitatibus supradictis mobilium et immobilium, presencium et futurorum. Acta et firmata fuerunt predicta in platea Communis Jadre presentibus nobilibus viris dominis Barchi Saladini, Lompredi Zevalell, Andrea de Cande, Damiano de Nasci, et Blasio de Sope, civibus Jadratinensibus, et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanduzii de Bononia Imperiali et Prefectoria auctoritate Judex et Notarius predictis omnibus interfui et ut supra legitur rogatus publice scripsi.

(U. o. III. köt. 70—72. ll.)

72.

Nona városnak ugyanazon egyezkedésre vonatkozó kezessége. 1294.

In Christi nomine Amen. Anno Incarnacionis ejus millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, Indiccione VII., die Lune XXIX. Marcii. Providus vir Bugius Georgii syndicus et procurator nobilis viri domini Volzite Potestatis, Miligosti Saluonerii et Jacobi Drage Judicum, et Drusine Joannis, ac Tolislai Budislai Camerariorum Consilii et Communitatis Civitatis None, ad infrascripta specialiter constitutus, ut continetur in instrumento syndicatus facto anno Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, Indiccione VII., die XXX. exeunte Marcio, et scripto per manum Petri Nonensis Notarii, a me Antonio Judice et Notario infrascripto viso et lecto, nomine et vice dictorum Domini Potestatis, Consilii et Communitatis None, et pro ipsis omnibus solemni stipulacione promisit se facturum et curaturum omni excepcione et occasione remotis, quod nobilis vir dominus Georgius Comes Berberiensis tam suo nomine et suorum hominum, quam hominum et Communis Almisii, firma et rata habebit et tenebit, observabit et adimplebit omnia et singula pacta inita et firmata de treugua et super treugua Almisii per ipsum Comitem Georgium, ut supradictum est, cum egregio viro domino Rogerio Mauroceno Jadrensi Comite recipiente et stipulante vice et nomine Illustris domini Ducis Veneciarum, Communis et hominum Civitatis ejusdem, nec non et habitatorum, fidelium, subjectorum et districtualium suorum, scriptas et scripta per me Antonium quondam Rolanduzii de Bononia Imperiali et Prefectoria auctoritate Judicem et Notarium, anno et Indiccione predictis, die Dominico XXVIII. Marcii, et eidem Bugio syndico seriose et singulariter ac integraliter, per me jam dictum Antonium Notarium lecta et lectas, et non contrafaciet vel ve-

niet aliqua racione, ingenio sive causa de jure vel de facto sub pena librarum duorum millium quingentorum denariorum Venetorum parvorum, solemni stipulacione promissa et obligacione omnium bonorum dicte Communitatis et hominum None mobilium et immobilium, presencium et futurorum. Acta et firmata fuerunt predicta sub logia magna Communis Jadre, presentibus dominis Volzina de Matafarto, Bogde de Lourethena, Michaele de Varicasa, Micha Ricario, et Gregorio dicto Gresco de Botone civibus Jadre, et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Antonius quondam Rolanduzii de Bononia Imperiali et Prefectoria auctoritate Judex et Notarius predictis omnibus interfui, et ut supra legitur, rogatus publice scripsi.

(U. o. III. köt. 70. l.)

73.

III. Endre király megerősíti Márton alországbírónak a veszprémi káptalannak nagyberényi birtokáról 1294. hozott itéletét. 1295.

Andreas Dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod vir discretus Magister Andronicus Prepositus Wesprimiensis, aule domine Regine charissime Consortis nostre Vice-Cancellarius, dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis privilegium Comi-

tis Martini Vice-Judicis Curie nostre, super quadam particula terre, intra Beren existentis confectum, petens a nobis cum instancia, ut nos ipsum privilegium ratum habere, et nostro dignaremur privilegio confirmare. Cujus quidem privilegij tenor talis est:

Nos Comes Martinus stb. (mint fentebb 69. sz. a.)

Nos itaque ipsius Andronici Prepositi Wesprimiensis justis peticionibus favorabiliter inclinati, quia inspeximus dictum privilegium Comitis Martini non abrasum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte viciatum, tenorem ejusdem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, ipsum privilegium ratum habentes et acceptum, authoritate presencium confirmamus duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus venerabilis viri magistri Theodori Prepositi Albensis aule nostre Vice-Cancellarij, Electi Ecclesie Jauriensis, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo quinto, quarto kalendas Maij, Regni autem nostri anno quinto.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

74.

III. Endre király Benedeknek, bolgár-fehérvári püspöknek Iwnuke nevü birtokot adományozza. 1295.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie memorie commendamus significantes quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod nos ob merita serviciorum uenerabilis patris Benedicti Dei gracia Episcopi Albe Bulgarice, Secretarii et Comitis Capelle nostre, dilecti et fidelis nostri, qui nobis ab introitus nostri tempore in Regnum Hungarie et in antea vsque modo et nunc fideliter et indefesse seruire non cessauit labores laboribus accumulando, quandam terram wduornici nostri Regalem ad nos immediate spectantem Iwnuke vocatam, uacuam et habitatoribus penitus destitutam, quam Andreas filius Elye wduornicus noster, qui sine heredibus decessisse dicitur, tenuit et possedit vsque modo, dedimus, donauimus et contulimus eidem venerabili patri domino Episcopo cum omnibus utilitatibus et pertinenciis terre predicte, in terris videlicet arabilibus, campis, pratis et utilitatibus aliis quibuslibet iure perpetuo possidendam et habendam juxta terminos antiquos et metarum priorum distincciones, promittentes eidem, quod quando presentes nobis reportauit, nostrum sibi priuilegium dari faciemus de eadem, peticionibus quibuslibet seu contradiccionibus non obstantibus. Datum Bude feria quinta proxima post octauas Passce, anno Domini M° CC° nonagesimo V°.

(III. Endre ugyanazon évi megerősítő okmányából, mely alább 75. sz. a. következik.)

75.

III. Endre király ünnepélyes formában erősíti meg ezen adományát. 1295.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque Rex omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire tam presencium quam futurorum, quod venerabilis pater Benedictus Dei gracia Episcopus Albe Bulgarice, Secretarius et Comes Capelle nostre, dilectus et fidelis noster ad nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis patentes litteras nostras super quadam terra wdvornici nostri Iwnuke uocata confectas, petens a nobis cum instancia, vt eas ratas habere dignaremur, et nostro priuilegio confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est:

Nos Andreas Dei gracia Rex Hungarie stb. (következik III. Endrének 74. sz. a. épen közölt okmánya.)

Nos itaque peticionibus ipsius venerabilis patris domini Benedicti Episcopi iustis, legitimis et modestis assensum fauorabilem adhibentes, intuentesque ipsas patentes litteras nostras non rasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte uiciatas, in publicam formam presentis priuilegii de uerbo ad uerbum transscribendo inseri fecimus sine additamento et diminucione, et auctoritate presencium communiri. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eidem concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Theodori Dei gracia Episcopi Jauriensis aule nostre Vice-Cancelarii, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo quinto, quinto Nonas mensis Junii.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

76.

III. Endre király Peechi Péternek és testvéreinek Budey nevü birtokot, mely Moson megyei várának jobbágyfölde volt, azon várjobbágyoknak, kik azt birták, hütlensége folytán adományozza. 1295.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nobiles viri Petrus, Ladislaus et Johannes filii Iwanche de Peech ad nostram accedentes presenciam, quamdam terram jobagionum castri nostri Musuniensis Budey, vocatam, in Comitatu Jauriensi existentem, a nobis sibi dari postularunt. Verum quia de qualitate et quantitate dicte terre nobis veritas non constabat, fidelibus nostris Capitulo Jauriensi dedimus in mandatis, ut suum darent testimonium, coram quo Stephanus filius Idegen homo noster dictam terram conuocatis commetaneis et vicinis reambularet, et statueret filiis Ivanka memoratis, si non foret contradictum, contradictoribus ad nostram presenciam evocatis. Demum idem Capitulum nobis rescripsit, quod hominem suum, cum Stephano homine nostro predicto misissent pro testimonio fidedignum, ad reambulandam terram Budey vocatam memoratam, et statuendam Petro, Ladislao et Johanni filiis Ivance supradictis; qui eandem terram Budey ad decem aratra sufficientem, simul cum virgulto, sicut visu considerare potuerunt, vacuam, et habitatoribus destitutam, sub metis antiquis et terminis, convocatis omnibus uicinis, et commetaneis eiusdem terre, statuissent Petro, Ladislao et Johanni filiis Iuance, ac filiis Aladarii nullo penitus contradictore existente. Nos itaque consideratis fidelitatibus et serviciorum meritis predictorum Petri, Ladislai et Johannis

filiorum Iuance, que nobis in diversis Regni nostri expedicionibus laudabiliter impenderunt locis, et temporibus oportunis, et quia eciam magister Aladarius, frater ipsorum, fidelis miles noster, in expugnacione castri Adorian uocati, quod quidem castrum detinebatur contra nostram Regiam Maiestatem, extitit interemptus, predictam terram Budey uocatam, quam Nikkel et Andreas filii Pauli, et filius ipsius Nikkel Lubyan, et Dominicus filius eiusdem, Cornel et Stephanus, ac filii Valentini et filii Chompo, jobbagiones castri nostri Musuniensis possidebant, qui eo tempore, cum nos per magistrum Johannem filium Henrici Bani detenti fueramus, nostri erant custodes, per eundem magistrum Johannem deputati, et contra nostram Regiam Maiestatem processerunt, in detencione nostra omnem nobis injuriam inferendo, propter eorum excessus huiusmodi notorios manifestos, et infidelitatem ipsorum manifestam, de consensu, voluntate et beneplacito Prelatorum et Baronum Regni nostri, ac nobilium quam plurimorum, ab eisdem infidelibus nostris auferendo, memoratis Petro, Ladislao et Johanni, filiis Iuance ac filiis fratris eorum Aladarii supradicti, dedimus, donavimus et contulimus, non tam ipsis, quam ipsorum heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter pacifice possidendam, tenendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Theodori, Dei gracia Episcopi Jauriensis, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno ab Incarnacione Domini M° CC° nonagesimo quinto, quinto kalendas Octobris, Regni autem nostri anno sexto.

(Az eredeti után.)

77.

VIII. Bonifácz pápa Jánost kalocsai érseket feljogosítja, hogy az alatta lévő egyházi tartományban tíz egyházi egyént születésök törvénytelensége alól felmenthessen. 1295.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Johanni Archiepiscopo Colocensi salutem et Apostolicam benedictionem. Ut eo gratior habearis, quo maiorem a nobis gratiam fueris consecutus, dispensandi cum decem clericis ydoneis tue Provincie defectum natalium patientibus, utpote de solutis parentibus seu clericis, etiam in sacris ordinibus citra sacerdotium constitutis, genitis et solutis, quod huiusmodi non obstante defectu eorum quilibet ad omnes ordines promoveri valeat, et obtinere beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, dummodo iidem clerici non sint de incestu vel regularibus procreati, et paterne incontinentie sectatores, sed bone conversationis et vite, sufficientis scientie et etatis legitime, super quibus tuam intendimus conscientiam onorare, aliasque ipsis merita suffragantur ad dispensationis gratiam obtinendam, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem: ita tamen, quod eorundem clericorum quilibet, sicut requiret onus beneficii, quod eum post dispensationem huiusmodi obtinere contigerit, ad ordines se faciat statutis temporibus promoveri, et personaliter resideat in eodem; alioquin facta sibi gratia, quod ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti. Datum Anagnie kalendis Julii, Pontificatus nostri anno primo.

(VIII. Bonifácz pápa Regestáiból Theiner Monumenta stb. I. köt. 380. l.)

78.

VIII. Bonifácz pápa Miklós székesfehérvári kanonokot látszólagos szabálytalansága alól felmentvén, megengedi, hogy javadalmát megtarthassa. 1295.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Nicolao Ungaro, Canonico Ecclesie Albensis Vesprimiensis Diocesis salutem et Apostolicam benedictionem. Benigne petitiones illas libenter admittimus, que ad quietem corporum et salutem pertinent animarum. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum olim quedam mulier, vitam ducens publice dissolutam, diabolico spiritu concitata, te apud bonos et graves super diversis criminibus, quibus te irretitum mendaciter asserebat, pluries diffamasset; tandem cum dicta mulier contra te in contumeliosa et obprobriosa verba prorumperet, et a te pluries caritative monita, ut ab hiis desisteret, ac id facere non deberet, quidam amici tui, nequeuntes huiusmodi ipsius mulieris loquacitatem et nequitiam substinere, ipsam in dorso absque sanguinis effusione vel fractione membrorum, te presente, non tamen contradicente, cum baculo et fustibus, levibus tamen et subtilibus, verberarunt. Verum quia mulier ipsa post modicum temporis spatium exspiravit, tu dubitans, ne propter occasionem verberum sibi taliter illatorum obiret, et ex hoc habens conscientiam remordentem, nobis humiliter supplicasti, ut circa retentionem Canonicatus et prebende, quos in predicta Ecclesia Albensi obtinere te asseris, providere tibi per oportune dispensationis remedium ex benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quieti tue in hac parte providere volentes, tecum, quod premissis nequaquam obstantibus predictos Canonicatum et prebendam licite retinere possis, auctoritate presentium dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Datum Rome apud Sanctum

Petrum V. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

(VIII. Bonifácz pápa Regestáiból Theiner id. m. I. k. 380. l.)

79.

Péter erdélyi püspök a sardi vendégek jogait szabályozza. 1295.

Nos Petrus miseratione Divina Episcopus Transsylvanus significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod populis nostris de villa Sard hanc contulerimus libertatem, ut in festo Beati Martini omnes communiter singulis annis tredecim marcas terrestres argenti pro terragio solvere teneantur. Item quicunque ex ipsis hospitibus nostris in ipsa villa Sard certa aliqua edificia, vel vineas, aut alia quecunque opera fecerit, libere possit vendere, vel donare in vita, vel in morte cuicunque voluerint, aut eciam recedentes, et sicut libere venerunt, sic libere recedant quocunque voluerint, justo terragio villico eorum pro tempore constituto persoluto. Hanc etiam graciam eis duximus faciendam, ut quicunque ex ipsis sine herede decederent, omnia bona sua cuicunque voluerint, in morte sua libere possint relinquere, legare, seu donare, uno bove tenue (így) nobis donato. Ceterum pro decensu nostro semel in anno unum bovem pascualem, et unum porcum, ac unam tunellam vini de tota villa, de singulis eciam mansionibus unam gallinam, unum cubulum avene, et duos panes dare debent. Item minutas causas inter ipsos exortas villicus ipsorum judicabit, majores autem causas, sicut super effusione sangvinis, morte, furto, et similibus, Comes eorum cum villico judicabit; quorum quidem judiciorum due partes cedent Comiti, tercia parte villico remanente eorundem. Super vulneribus autem inferendis, et

illatis, secundum vulneris illati quantitatem, utrum scilicet major, vel minor debeat reputari lesio, et per quem scilicet Judicem, vel villicum de hujusmodi lesione decernatur, modum, et consvetudinem Cybiniensem eisdem volumus facere observari. Ad hec indulsimus eisdem, ut si Judex ipsorum pro tempore constitutus, in exhigendis judiciis, seu aliis gravaminibus inferendis se redderet pertinacem et severum, in quo, et in quibus libertas ipsorum populorum nostrorum infringi videretur, absque judicii gravamine, seu cujusvis timore pene non obstante possunt iidem populi nostri Judicem suum, donec super ipso negocio nos consulant, prohibere. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Albe quarto die Resurreccionis Domini, anno Domini M°. CC°. nonagesimo quinto.

(Teutsch és Firnhaber, Urkundenb. z. Gesch Siebenb. I. köt. 188. l.)

80.

János zágrábi püspök és az ottani káptalan bizonyságlevele, hogy Zágráb város és a medwevári várnagy egyenetlenségeik tekintetében kibékültek. 1295.

Nos Johannes miseracione Divina Episcopus Zagrabiensis et Capitulum loci eiusdem significamus quibus expedit uniuersis memorie commendantes : quod Comes Nicola Castellanus domini Regis de Medwe, et Janinus frater eiusdem ab una parte; et Andreas Maior uille ac Uniuersitatis ciuium Grecensium ex altera, in nostri presencia personaliter constituti, omnibus litibus, aduersitatibus et inimicicijs super diuersis damnis et personarum captiuacionibus seu detencionibus hinc inde irrogatis, inter eos racione occisionis Petri filii Wenk subortis, paci consulentes, iuxta mandatum domini Regis penitus renunciarunt : ita, quod predictus Comes Nicola et Janinus frater ejus, ac quilibet in eorum dominio constituti, aut ad ipsos pertinentes, pretextu damnificacionis, aduersitatis uel detencionis personarum amodo nulla damna seu nocumenta uel iniurias aliquas, presertim donec idem Comes Nicola et frater eius custodiam conservacionis castri Medwe habebunt, mencionatis ciuibus et ad eos quibuslibet pertinentibus inferent aut inferri faciant manifeste uel occulte. Et super hoc cauendo et obseruando inviolabiliter dicti Comes Nicola et frater eius tactis Sacrosanctis reliquiis prestiterunt iuramentum. Et e conuerso predictus Maior uille et Uniuersitas ciuium promiserunt et assumpserunt, quod nulla dampna et iniurias eisdem Comiti Nicola et fratri eius Janino aut quibuspiam ad eos spectantibus inferent uel inferri facient per se aut quoslibet ad eos similiter pertinentes. Super quibus similiter observandis et attendendis ijdem Maior uille et ciues prestiterunt iuramentum tactis Sacrosanctis Euangeliis, excepto seu deducto facto occisionis filij Wenk, quod execucioni eiusdem Wenk est relictum. Preterea si ali-

quis uel aliqui ad Comitem Nicola et fratrem eiusdem pertinentes aliquid nocumenti ipsis ciuibus extra ciuitatem Grecensem uel alias irrogarent, ipse Comes Nicola et frater eiusdem infra spacium unius mensis accedendo ad castrum Grecense, satisfacere damnum uel iniuriam passo tenebitur — — — nonnisi ex aduersitatibus euidentibus fuerint prepediti, et infra idem tempus, memorati Maior uille et ciues de suis, aut ad eos pertinentibus, de iniuriis et damnis Comiti Nicola et fratri eiusdem ac ad eos pertinentibus irrogatis satisfaccionem impendere tenebuntur. Tandem ad hec observanda et attendenda, convencionis — — — — — — — Comes Nicola et Janinus frater eiusdem, in aliquo horum, que assumpserunt, transgressores seu uiolatores fidei reperti fuerint, possessiones suas in ciuitate Grecensi, vel extra ciuitatem ubique existentes — — — Comes Nicola — — ad manus ville communitatis Grecensis deuolvendas, insuper penam periurii ipse et frater eius — — — et similiter ciues seu uniuersitas predicta, (si) assumpta et promissa in hac parte non attenderet, (et) Comiti Nicole et fratri eiusdem non obseruaret, notam perjurii incurret ipso facto. Datum in vigilia Epiphanie Domini anno eiusdem M° CC° nonagesimo quinto.

(Eredetie Zágráb sz. k. város levéltárában.)

81.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Zekes birtoknak határjárása megtartatván, Alard, Gyan fia, Godym birtokában hagyatott. 1295.

Nos Capitulum Albensis Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transylvanensis significamus universis, quibus expedit presencium per tenorem, quod cum magister Vinianus, Comes Camere domini Regis et de Beztercze, per dominum Regem procurator possessionis Zekes institutus, ad reambulandum terram Zekes, prout moris est atque juris, cum homine domini Regis et nostro accessisset, et quandam particulam terre Godym vocate, que vulgariter Ringylkirch nominatur, ad ipsam possessionem Zekes spectare constanter assereret, quia tamen Comes Alardus, juvenis filius Gyaan de Vizakna, dominus possessionis supradicte Godym videlicet, qui titulo emtionis possedit usque modo, quemadmodum sua super hoc exhibita probant munimenta, eidem circa metas particule terre prelibate contradixit. Sed quum non obstante contradiccione hujusmodi, ipse magister Vinianus super ipsa eum possessione pacifice remanere non sinebat, tandem tale remedium probis viris intervenientibus est inventum, ut idem Alardus domino Regi et suis adherentibus, precipue ipsi magistro Viniano, omne fidelitatis obsequium repromittat; quo facto magister Vinianus sepedictus confessus est coram nobis ab inquietacione Alardi sepefati omnino cessare, et eum in pacifica possessione ipsius terre Godym reservare sub eisdem metis et terminis, quibus ipse, et predecessores sui noscuntur possedisse tamdiu, donec fines promissionum suarum coram nobis factarum non excedet. In cujus rei memoriam et facte ordinacionis firmitatem, ad instanciam parcium nostras concessimus literas, sigillo nostro consignatas. Da-

tum in festo Beati Bartholomey, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 190. l.)

82.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Miklós, Mikud Bán fia, Mokoutelek birtokát Kelemen gyulafehérvári kanonoknak 30 ezüst giráért eladta 1295.

Capitulum Ecclesie Beati Mychaelis Archangeli Transsiluane, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Vt gestis hominum rite racionabiliterque ordinatis, effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis emula, calumpniosis suis conatibus et consuetis in futurum minime queat nouercari sev nocere, ipsa ad cautelam patrocinio litterarum consueuerunt roborari. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir magister Nicolaus, filius Mykud Bani, ad nostram accedens presenciam, quandam terram suam Mokoutelukey vocatam iuxta Morus in Comitatu Albensi, prope Bagach existentem, cum omnibus vtilitatibus suis, et pertinencijs, iuxta veteres metas et antiquas, quibus ipsa terra per priores suos possessores extitit ab antiquo limitata, pacifice, et possessa, cum vna silua Sumus uocata, et cum medietate alterius silue sue, in alia terra sua Hasag nuncupata, vendidit magistro Clementi concanonico nostro et per eum suis cognatis, quibus idem ordinabit, pro triginta marcis fini argenti, plenarie similiter coram nobis habitis, persolutis et receptis, per magistrum Nicolaum prenotatum, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, et habendam. Obligans se idem magister Nicolaus, vt dictum ma-

gistrum Clementem et suos cognatos in pacifica possessione dicte terre perpetualiter conseruaret, contra patrem suum atque fratres, vicinos, extraneos sev cognatos, in propriis expensis et laboribus, quam terram ad porcionem suam a patre suo et a fratribus suis dixit sibi deuenisse. Et vt tractu temporis hec empcio sev vendicio non possit irritari, sed ut magis robur optineat perpetue firmitatis, ad instanciam, et peticionem predictorum, presentes concessimus litteras munimine nostri sigilli roboratas. Datum magistro Mychaele Preposito, Gregorio Cantore, Paulo Custode Ecclesie nostre existentibus, anno Domini M°. CC°. nonagesimo quinto.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 192. l.)

83.

A pozsonyi káptalan ünnepélyes okmányt ad ki azon barátságos egyességről, melyet Békásy helységre nézve Zylos Lucha, Chugud Lucha, Byke Lucha és Felső Lucha birtokosai; s Tamás és János Péter fiai, és Lotar Tamás fia, Vörös Ábrahám Pozsony vármegye alispánya előtt kötöttek. 1295.

A. B. C.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus vniuersis, quibus expedit per presentes, quod constitutis personaliter coram nobis Husvyt filio Mokov, Gurk fratre eiusdem, Thoma filio Cceoh et Holdan de Zylos Luche; item Comite Teber, Jacobo filio eiusdem, Johanne filio Gregorij, Andrea filio Chugud, Egidio filio Cemev et Endreus de Chugud Luche; item Byke, Mark et Johanne filio Byke de Byke Luche; item Petro fratre Ynus, Egidio filio Johannis, Fabiano de Superiori Luche ex una parte; Thoma et Johanne filijs

Petri et Lotario filio eiusdem Thome ab altera; eedem partes a nobis vnanimiter pe tentes, ut seriem litterarum patencium Abrahe dicti Ruffi Curialis Comitis Posoniensis, quas nobis exhibuerunt, nostris litteris priuilegialibus inseri faceremus. Quarum tenor talis est:

Nos Abraham Rufus Curialis Co mes Posoniensis stb. (mint alább 91. sz. a.)

Nos uero iustis pet icionibus ipsorum annuentes, ut pre sens ordinacio et composicio magis rata sit et firma, seriem tocius facti nostris litteris pri uilegialibus de uerbo ad uerbum inseri fecimus diligenter, prout in litt eris ipsius Abrahe dicti Ruffi Curialis Comitis Posoniensis vidimus contineri. In cuius rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum proxima secunda feria ante festum Beati Laurencij martiris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

A. B. C.

(Hártya. Vörössöld selymen függ a még ép pecsét. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 2. Nro. 23. *Knauz.*)

84.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy néhai Beeli Jakab rokonai, hátrahagyott özvegyével Katalinnal, annak hitbére és hozománya iránt egyezkedtek. 1295.

A. B. C.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus vniuersis, quibus expedit (per) presentes, quod constitutis personaliter coram nobis Abraam filio Chubun pro se, et pro fratre suo Isaac, Egidio, fratre suo Benedicto, Bekes pro se et pro fratre suo Jacobo, filijs Boc de Beel, jobagionibus castri Posoniensis ex una parte, domina Caterina uxore Perhtoldi, relicta Jacobi filij Endere de uilla Beel ex altera, ijdem Abraam — — alij socii sui predicti concorditer sunt confessi, quod ipsi de bona uoluntate ipsorum totam partem terre Beel, que prefatum Jacobum filium Endere cognatum ipsorum de iure contingebat, permisissent eidem domine racione dotis et dotaliciorum suorum, ac omnium rerum tempore nupciarum secum allatarum, usque exitum uite sue possidere pacifice et quiete; tamen quod si medio tempore beniuolenciam ipsius domine in tantum captare poterunt et fauorem, quod eys dotem et dotalicia sua relaxabit, consistit in arbitrio domine memorate; sui autem, dictam terram propria pecunia redimere tenebuntur, et si redimere non curauerint, prefatam terram uendendi, donandi seu legandi pro anima sua uel parentum suorum liberam habebit facultatem domina prenotata. Obligantes se partes in nostri presencia mutuo fide data, quod nec domina Caterina, nec Abraam cum cognatis suis supradictis, contra eandem dominam litem, contencionem uel aliquod iniurium excitabunt, ymmo omni fauore et dileccione, quam poterunt, se partes mutuo impendere tenebuntur. In cuius rei memoriam presentes dedimus

litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M. CC. nonagesimo quinto.

(Szakadozott hártyán. A pecsét elveszett. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 2. Nro. 7. *Knauz.*)

85.

A nagyváradi káptalan bizonyságlevele, hogy Miklós és Farkas fiai, Miklós gróffal, Tybe fiával, Feketepatak birtoklása iránt egyez kednek. 1295.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris Capitulum Ecclesie Waradiensis presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Noticie vniuersorum harum serie uolumus declarare, quod Dominico et Demetrio Comitibus filiis Nycolai, ac Petro filio Johannis filii Farkasij ab una parte; item Comite Nycolao filio Tybe ab altera coram nobis personaliter constitutis, ijdem Dominicus, Demetrius et Petrus Comites super facto terre seu possessionis Feketeupotok uocate in Comitatu de Wgocha existentis, pro qua contra ipsum Comitem Nycolaum filium Tybe judiciario ordine procedere intendebant, ut dixerunt, quia a commetaneis et vicinis dicte possessionis Feketeupotok, et specialiter in priuilegio domini Stephani Regis Hungarie felicis recordacionis comperissent, ipsam possessionem ex donacione eiusdem domini Stephani Regis per ipsum Comitem Nycolaum filium Tybe pro fidelibus seruiciis suis et sanguinis effusione multimoda fuisse possessam, quas quidem litteras siue priuilegium dicti domini Stephani Regis super collacione eiusdem possessionis Feketeupotok confectas, et nobis per ipsum Comitem Nycolaum exhibitas fide uidimus occulata et perlegimus, preuia racione ijdem Comites opinioni et intencioni eorum in hac parte resipuissent, ymo quia eisdem ipsa pos-

sessio attinuisset, et ab ipsis fuisset alienata, in nostri presencia per ipsos ab ipso Nicolao, receptis nichilominus sexaginta marcis, ipsam possessionem prefato Nycolao ex bona eorum uoluntate, et suis heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam cum suis omnibus vtilitatibus et pertinenciis statuerunt pleno iure, prout ex donacione memorati domini Stephani Regis dinosscitur possedisse, nemine contradicente, sub metis et terminis infrascriptis, ex tenore predicti priuilegii dicti domini Stephani Regis extractis et rescriptis. Quarum prima incipit, dum exiretur de fluuio Borsua a parte fluuii Pasuncha, ubi separatur a Bereg et adiungitur possessioni Regali Ordou uocate; deinde per ipsum fluuium currendo in inferiorem partem cadit in fluuium Beberke, et per ipsum fluuium inferius eundo peruenit ad duos fluuios Kethchenge uocatos; exeundo autem deinde sunt due mete terree; et ab hinc uergit ad orientem, et peruenit ad minorem fluuium Chenge, ubi ipse fluuius transitur; abhinc pergendo itur per superiorem partem silue Byk dictam uersus orientem, ubi peruenitur ad quendam montem, et ibi sunt in asscensu eiusdem montis due mete terree; deinde parum pergendo peruenit ad uiam, que Warutha dicitur; exinde uadit ad syluam Kerezthbyk dictam, quam transit eundo ad partem meridionalem; abhinc uadit ad quendam locum fluuij, qui Ilounukeurene appellatur, ubi in introitu silue Ilounuk sunt due mete terree; abhinc uero transit ad locum Fyleluchka dictum, et ipsum locum transeundo itur ad fluuium Belua uocatum; deinde uadit ad Chakanegefoka, et abhinc itur ad partem meridionalem, ubi separatur a terra Ordou et adiungitur terre Werbeuch; et exinde procedendo peruenit ad stagnum Kendurattou uocatum, ubi sunt due mete terree a parte occidentali; abhinc uadit ad uiam, que de eadem villa Feketeupotok uenit, ubi adiungitur lacui Alcalpotok dicti, qui cadit in fluuium Werbevch, de quo fluuio parum eundo separatur a terra Werbeuch, et adiungitur terre Isou, de qua in pascuis pergendo uadit uersus aquilonem, et peruenit ad fluuium Zalua nomine; exinde uero ad partem inferiorem usque stagnum Prenez dictum eundo transit ad terram Koazou dictam, que est possessio Regalis; et ab eadem parte aquilonis peruenit ad lacum Ataab dictum, et per ipsum la-

cum eundo cadit in fluuium Batnuka nominatum, per quem itur ad predictum fluuium Borsua, et abhinc peruenit ad fluuium Pasuncha memoratum ad metam priorem; et sic mete prelibate possessionis Feketeupotok terminantur, sicut in priuilegio prefati domini Stephani Regis comperimus seriose, et fide uidimus occulata, prout eciam superius annotatur. Qui quidem Comites, Dominicus scilicet et Demetrius filij Nycolai, ac Petrus filius Johannis fiilij Farkasij, ipsis sexaginta marcis ab ipso Comite Nycolao plenarie receptis, ipsum Comitem Nicolaum et suos heredes ac successores racione predicte possessionis Feketeupotok uocate processu temporum sibimetipsis silencium pepetuum inponentes coram nobis, ab omnibus molestare seu inquietare uolentibus defensare assumpserunt proprijs ipsorum laboribus et expensis. Vt autem series ipsius inuiolabiliter possit permanere, partes nos instanter rogauerunt, ut nostro priuilegio premissa intenderemus confirmare. Nos igitur iuste peticioni parcium annuentes causa iusticie omnia premissa redegimus in scriptum et apposicione pendentis sigilli nostri duximus confirmanda pro rei memoria sempiterna, et inuiolabiliter obseruanda. Datum in festo Natiuitatis Beati Johannis Baptiste anno Domini M° CC° nonagesimo quinto. Domino Demetrio Preposito, Johanka Lectore, Chanadino Cantore et Martino Custode magistris Ecclesie nostre existentibus.

(Eredetie a gr. Károlyi család levéltárában.)

86.

A veszprémi káptalan bizonyságlevele, hogy Pous Lőrincznek fia Vámosban három ekényi földet gróf Androniknak, Pandu fiának eladott. 1295.

Nos Capitulum Wesprimiensis Ecclesie significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod Pous filius Laurencij de Wamus pro se et pro Bolosey ac Nicolao, necnon Petro filijs suis, Vgrino fratre suo eidem astante, coram nobis personaliter constituti, tria jugera terre sue arabilis et dimidium in Wamusazou existencia, a meridie videlicet usque viam publicam, ab aquilone vero usque terram Comitis Andronici filij Pandur de eadem Vamus porrecta, ex quibus tria jacent, ut dicebat, iuxta alueum riui currentis in ipsa valle ab oriente, dimidium autem iuxta eundem alveum ab occidente terre ipsius Ugrini continuum et adjunctum, ipso Ugrino non contradicente, ymo consenciente et remittente, sine preiudicio iuris Ecclesie nostre et alieni, se retulit vendidisse dicto Comiti Andronico, qui aderat, pro quinque pensis denariorum Viennensium plene receptis ab eodem, per se et suos heredes in perpetuum pacifice et quiete ac irrevocabiliter possidenda; hoc adjecto, quod si processu temporis dicti filij Pous, quorum consensum in hac parte et permissionem super ipsa vendicione factam idem Pous nobis referendo affirmauit, vendicionem annotatam retractare volentem (így), tres marcas solvere tenebuntur ante litis ingressum Comiti Andronico supradicto per obligacionem factam per Pous sepedictum, suam penes et filiorum suorum prefatorum voluntatem, sicut plenius exprimebat de eadem. Datum in quindenis Sancti Regis et Apostoli, anno Domini M. CC. nonagesimo quinto.

(A pecséthián jól megtartott eredetiből, mely Vásonyban T. Papp Fer. úr tulajdona. Közölték velem *Nagy Iván*, és *Véghely Dezső* urak).

87.

A tihanyi konvent bizonyságlevele, hogy Miklós, Zabow fia, Veszprémben lévő telkét a veszprémi káptalannak eladta. 1295.

Nos frater Renoldus Diuina miseracione Abbas et Conuentus Monasterii Beati Aniani de Thykon damus pro memoria, quod Nicolaus filius Zabow de Vesprimio, astante sibi Paulo fratre suo, et subscripte uendicioni sue non contradicente, imo eandem permittente cum consensu pleniori, coram nobis personaliter constitutus fundum suum cum omnibus edificiis ac aliis vtilitatibus suis, duo jugera terrarum in se continentem, fundis Mathey aurifabri ab aquilone, et Benedicti sutoris filii Beke a meridie vicinatis videlicet mediatum, qui inter duas vias existit, ut dicebat, quarum vna a loco fori descendit a parte septemtrionali uersus puteum Kama, alia uero ascendit in campum a parte meridionali per monticulum, retulit se uendidisse Reuerendo Capitulo Vesprimiensis Ecclesie pro una marca plenarie recepta ab eodem, in perpetuum pacifice et quiete ac irreuocabiliter possidendum. Datum in festo Beati Vrbani Pape anno Domini M° CC° nonagesimo quinto.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

88.

A turóczi konvent bizonyságlevele bizonyos birtokcseréről Liptói Behar fiai és a liptó váraljai község közt. 1295.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. J. miseracione Diuina Prepositus et Conuentus Ecclesie Beate Virginis de Turuch Ordinis Premonstratensis salutem in omnium saluatore. Quum ut queuis disposicio gesta sub tempore in ratitudine habeatur, scripturarum consueuit testimonio fulciri; ad vniuersorum igitur noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Donyzlaus de villa Waralia de Lyptou pro omnibus populis et villanis de eadem villa Waralia, et una cum Demetrio filio Pauli homine prouincie de Lyptou ab una parte, Omodeus, Johannes et Paulus filii Behar ab altera, ad nostram personaliter accessissent presenciam, ijdem Donyzlaus et Demetrius oraculo vive uocis sic dixerunt, quod ex precepto A. Dei gracia Regis Hungarie, et magistri Demetrij Comitis de Zoulum pro tempore constituti Omodeo, Johanni et Paulo supradictis pro terra ipsorum, quam communiter cum populis de villa Waralia a tempore B. Dei gracia Regis Hungarie beate memorie possidebant, ijdem populi de villa Waralia pari uoluntate et consensu, in concambium terre ipsorum iam dicte iuxta fluuium Zelnyce, ab una parte distincta, assignauerunt et dederunt terram usui duorum aratrorum sufficientem, ipsis Omodeo, Johanni et Paulo memoratis, et per eos ipsorum heredibus heredumque successoribus iure perpetuo irreuocabiliter possidendam. Cuius quidem terre mete hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit, ubi aqua Zelnyce cadit in Waagery, et tendit superius per eandem aquam ad septemtrionem, et uadit ad locum molendyni, et scandit per unum fossatum iterato ad aquam Zelnyce, et paululum ascendendo exit supra molendynum Tiburcij, et transeundo quoddam *mochar* transit in unam uiam ad unum *telek*, et per distinccionem illius *telek* tangit aquam Sesterche, et uadit superius per

eandem aquam circumeundo curiam Behar, ad alium *telek*, quod *telek* cedit in partem filiorum Behar, in fine cuius *telek* tendit ad orientem transeundo uiam directam ad molendynum Jorchyk super aquam Zelnyce, et tendit superius per eandem aquam ad septemtrionem usque ad locum, ubi terre ville Zelnyce distinguntur; et inde prosiliendo de aqua procedit ad orientem ad arborem *fuzfa*, ubi est meta; et inde uadit ad aliam arborem *fuzfa*, ubi est meta; et inde circuit ad meridiem ad vnam uiam, ubi est meta, de qua meta procedit per antiquas metas iuxta terram Pauli sartoris ad arborem *fuzfa*, ubi est meta, de qua meta transit vnum *mochar* ad portum Wagery, et per eandem *ere* defluit ad aquam Zelnice ad primam metam. Sed quia terra Omodey et fratrum suorum, que communiter remansit populis de Waralia, maior esse uidebatur, ijdem populi adiderunt quindecim iugera terre, in terragio populorum de Tornouch, que terra cesserat Ecclesie eis in concambium Ecclesie Virginis Gloriose assignate. Nos igitur ad peticionem parcium litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini M^{o} CC^{o} nonagesimo qinto. Item populi de uilla Waralia assumpserunt Omodeum et fratres suos ab omnibus impetere volentibus semper defendere et expedire.

(III. Endre királynak 1296-ki megerősítéséből. *Érdy.*)

89.

A túróczi konvent bizonyságlevele, hogy János, Namoszló fia s Lodomer és Koth, Márton fiai, bizonyos rétre vonatkozó perben egyességre léptek. 1295.

Nos J. miseracione Diuina Prepositus et Conuentus Ecclesie Beate Virginis de Turuch Ordinis Premonstratensium memorie commendamus, quibus expedit per presentes, quod Johannes filius Namozlou ab una parte, Lodomerius et Coth filii Martini ab altera in nostra personaliter constituti presencia retulerunt in causa, que inter ipsos racione prati cujusdam, qui iuxta fluuium Sernouuyce supra iacere dinoscitur, uertebatur, arbitrio et ordinacione proborum virorum — — — oraliter concordasse; quod ijdem Lodomerius et Koth supradicti ipsum pratum iam dictum, quod in metis eiusdem Johannis dinoscitur extitisse, prout eciam in priuilegio ejusdem vidimus contineri, reliquerunt et permiserunt eidem Johanni et suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo et inrevocabiliter possidendum. Nos igitur ad peticionem parcium litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab Incarnacione Domini M° CC° nonagesimo quinto.

(Eredetie Körmöczbánya sz. k. város levéltárában.)

90.

A Sz. istváni, Nagyvárad melletti, konventnek bizonyságlevele, hogy Benedek, Benedek fia, és testvérei Moroban lévő részbirtokukat Syke és János testvéreknek aladták. 1295.

Jacobus Divina miseracione Prepositus Ecclesie Sancti Stephani Protomartiris de Promontorio Varadiensi, totusque Conventus loci ejusdem, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam tam presencium, quam futurorum harum serie litterarum volumus pervenire, quod Syke, Dionisio, Nicolao filiis suis, et Johanne fratre suo ab una parte; Benedicto filio Benedicti; Lamberto, Stephano et Ladislao filiis suis; Nicolao filio Buzach; Andrea filio Vida; Laurencio, Thoma, Stephano ac Loranto, Andrea et Dionisio filiis Adriani ab altera coram nobis personaliter constitutis; declaratum exstitit per eosdem, quod sextam partem terre Moro vocatam vendidissent et distraxissent pro decem et quatuor marcis plene ab eisdem habitis et receptis (Syke), et Johanni filiis Nicolai, et per ipsos eorum heredibus, heredumque successoribus perpetuo, pacifice, et irrevocabiliter possidendam pleno jure; assumentes et obligantes iidem Benedictus, Lambertus, Stephanus, Andreas, ac alii cognati ipsorum supradicti, ut quicunque predictos Syke, et Johannem filios Nicolai super bono terre premisse molestare niterentur, iidem Benedictus, cognati et fratres sui memorati propriis laboribus et expensis teneantur expedire. Cujus quidem cursus mete incipiunt: Prima meta ejusdem terre (incipit) juxta domum Botha, et Mili et Komlos; et inde tendit ad insulam Moro, et saltat ad fenetum; deinde tendit ad Kisluko versus Bozd juxta magnam viam; et inde transit nemus parvulum, et ascendit versus Kylether, et ibi sunt due mete terree; et inde tendit ad metam terream Qualepod, et Kylether. Et sepe nominatus Syke, et Johannes obligaverunt se super eo, ut

quicunque cognati ipsorum litem movere conarentur contra Benedictum et fratres suos, iidem Syke et Johannes super predictam (?) terre Moro expedire tenebuntur; hoc non obmittendo, si fieri contingeret, quod Comes Vatha, aut filii sui litem movere adtemptarent contra Benedictum, heredesque suos, extunc Syke et frater suus Johannes pariter cum Benedicto, heredibusque suis debent resistere Comiti Vatha et filiis suis memoratis. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Sabbatho proximo — — — anno Domini M. CC. nonagesimo quinto.

(Az eredetiből, mely hártyára írva 1848 előtt a zalathnai bányatörvényszék levéltárában őríztetett. Közli *Kéméndy Várady Ádám.*)

91.

Vörös Ábrahám Pozsony vármegyye alispányának bizonyságlevele, hogy Zylos Luche, Chugud Luche, Byke Luche és Felső Luche birtokosai, s Tamás és János Péter fiai, és Lothar Tamás fia közt Békásy nevü jószágra nézve barátságos egyesség köttetett. 1295.

A. B. C.

Nos Abraham Rufus Curialis Comes Posoniensis omnibus quibus expedit significamus per presentes, quod licet inter Husvyt filium Mokov, Gurk fratrem eiusdem, Thomam filium Ccech, et Holdan de Zylos Luche; item Comitem Teber, Jacobum filium eiusdem, Johannem filium Gregorij, Andream filium Chugud, Egidium filium Cemev et Endreum de Chugud Luche; item Byke, Mark et Johannem de Byke Luche; item Petrum fratrem Ynus; Egidium filium Fabiani de Superiori Luche ex una parte; et inter Thomam (et) Johannem filios

Petri, et Lotarium filium Thome ex altera, super terra Bekasy uocata lis et contencio fuisset excitata; tandem per arbitrium Comitis Farkasij, Comitis Michaelis wduornicorum, Chem — — — dicti in talem pacis et vnionis concordiam dixerunt se personaliter constituti deuenisse: quod secundum arbitrium dictorum bonorum virorum dicta terra Bekasy, quam quedam palus Gemchetov uocata vndique circuit, in ius et perpetuitatem cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs, dictis Thome, Lotario et Johanni extitisset deuoluta, cuius paludis equalis pars spectaret et pertineret ad supradictos populos Regales de quatuor villis Luche superius nominatis, alia uero equalis pars spectaret et pertineret Thome, Johanni et Lotario prenotatis; item de secunda palude Kallov nominata, ex qua prior palus Gemche exyt et egreditur, Thomas, Johannes et Lotarius nullam partem habeant, sed omnino ad populos dictarum quatuor villarum pertineat atque spectet, nec idem Thomas, Johannes et Lotarius de palude Kallov uocata partem aliqualem sibi et suis posteris possint vsurpare; similiter et populi Regales ad porcionem ipsorum suas manus non extendere possunt vel ualebunt, sed unusquisque suam partem, iniuriam parti alteri non in ferendo, pacifice possidebit et quiete; nec inter ipsos rixa vel contencio processu temporum racione prioris iniurie mouebitur aliqualis. Super cuius firmitate rei atque robur partes inter se litteras Capituli Posoniensis facient emanari. Datum in Dominica proxima post octavas Beati Jacobi Apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

(Hártya a vörös zöld selyemről lefüggő pecsét még egészen ép. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 2. Nro. 23. *Knauz.*)

92.

Vörös Ábrahám pozsonyi udvarispán IV. Lászlónak levele folytán rendelkezik, a III. Endrétöl kiküldött s megnevezett birákkal együtt, Csürle és Sintperg birtokokról. 1295.

Nos Abraham Ruffus Curialis Comes Posoniensis omnibus quibus expedit significamus presencium per tenorem, quod nobiles viri Johannes, Petrus, filij Benedicti de Okoly, exibuerunt (így) nobis litteras domini Ladizlay Illustris quondam Regis Vngarie super possessione ipsorum Churlee et Simperk emanatas, quas cum fecissemus perlegi, inuenimus, quod dicte possessiones cum omnibus suis utilitatibus et pertinencijs, sicut Stephano et Nicolao filijs Rechee, sic Johanni, Petro et Paulo filijs Benedicti spectarent et dinoscerentur iure perpetuo possidende. Quibus perlectis diligenter circumspectis vnacum judicibus per dominum nostrum Andream Dei gracia Illustrem Regis (így) Vngarie deputatis, videlicet Comite Jacobo Magno, Petro et Farkasio Comitibus, Magno Petro, item Comite Salamone de Kelety, Comite Pamlino, Comite Blasio de Gutur, decreuimus iusticia suadente, ut dicti filij Benedicti Johannes, Petrus et magister Paulus, porcionem ipsorum in dictis possessionibus Churlee et Simperg nuncupatis pacifice et quiete possideant, salua porcione Stephani et Nicolai filiorum Rechee remanente, ut nec filij Benedicti porcionem Rechee, nec filij Reche, uel ipsorum posteritates uti possint alterius porcionem (így) contra cuiuslibet uoluntatem, sed quilibet ipsorum sua porcione gratuletur, sev fruatur. In cuius rei memoriam nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo quinto in festo Beate Lucie Virginis ac martiris.

(Kiírva a pozsonykáptalani országos levéltárnak Capsa VII. Fasc. 1. 2. A. számából, alább 101. sz. a. *Knauz.*)

93.

III. Endre király a liptói Behar fiai és liptóváraljai község között, a turóczi konvent előtt kötött birtokcserét megerősíti. 1296.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Omodeus filius Behar de Lyptou ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis litteras priuilegiales Prepositi et Conuentus Ecclesie Beate Virginis de Turuch, super facto cuiusdam concambij inter ipsum et fratres suos ab una parte, et populos de suburbio castri de Lyptov ex altera, confectum, petens cum instancia, ut ipsum priuilegium ratum habere, nostroque priuilegio Regio confirmare dignaremur. Cuius tenor talis est:

Vniversis presentes litteras inspecturis stb. (következik a turóczi konvent 1295-ki okmánya, mint fentebb 88. sz. a.)

Nos itaque iustis et legitimis peticionibus ipsius Omodey inclinati Regio cum fauore, seruiciaque ipsius, que nobis in expugnacione castri Adryan cum sui sanguinis effusione, exhibuit, attendentes, dictas litteras priuilegiales Prepositi et Conuentus de Turuch super premisso concambio confectas, non cancellatas, non abrasas, ratas habentes et acceptas, de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, attoritate (igy) presencium duximus confirmandas. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem, presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Th. Dei gracia Episcopi Jauriensis, aule nostre Vice-Cancellarij dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo sexto, primo Ydus Julij, Regni autem nostri anno sexto.

Jegyzet. Eredetie bőrhártya a Hunt-Pázmántól eredett Kubinyi nemzetség levéltárában. *Érdy.*

94.

III. Endre király bizonyítja, hogy gróf Januki Jakab a pozsonyi káptalannak adományozta Chondol nevű jószágát. 1296.

Andreas Dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex vniuersis quibus presentes ostendentur salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Jacobus, filius Johannis de Januk coram nobis personaliter constitutus, quandam possessionem suam empticiam Chondol vocatam in Comitatu Posoniensi existentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vniuersis, videlicet turre super eadem terra existente, fenetis, siluis, pomerio, piscaturis, ac locis molendinorum, dedit, contulit, et donauit Capitulo Ecclesie Sancti Saluatoris de Posonio perpetuo possidendam, sub condicione inferius annotata. Ita videlicet, quod quamdiu idem Comes Jacobus uixerit, usumfructum eiusdem possessionis percipiet pleno iure; sed post mortem eius predicto Posoniensi Capitulo prefata possessio Chandal (így) vocata perpetuabitur irreuocabiliter possidenda sub condicionibus in litteris sepedicti Capituli Posoniensis comprehensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri domini Theodori Dei gracia Episcopi Jauriensis, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo sexto, primo (így) Idus Aprilis.

(Hártya. A pecsét vöröszöld zsinóron függött. A pozsonykáptalani magánlevéltárból Capsa C. Fasc. 11. Nro. 120. *Knauz.*)

95.

III. Endre király Chekelokai Domokosnak Paad birtokot tárgyazó adományozását az erdélyi káptalan számára megerősíti. 1296.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruye, Gallycie, Lodomyrie, Cumanie, Bulgaricque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum volumus serye litterarum peruenire, quod Dominicus filius Ladizlai de Chekeloka ad nostram accedens presenciam, nomine suo et nomine Lukas fratris sui confessus est, quandam terram Paad vocatam quam progenitores sui, Petrus videlicet, ct Ladizlaus ex collacione Regis Bele, felicis recordacionis habuerunt et tenuerunt, prout in priuilegio ipsius Regis Bele vidimus contineri, Capitulo Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transilnane per predictos Petrum et Ladizlaum pro remedyo animarum suarum fuisse donatam, et idem Dominicus predictam donacionem patris sub —— factam sui et memorati fratris sui nomine ratam habuit et acceptam. Nos igitur perspicue consideracionis attendentes, quod ea, que Deo cum pia deuocione fidelium sunt collata, Regyo debent patrocinio roborari, ac roborata conseruari, donacionem eorundem Petri et Ladizlay ac —— is descendencium, ipsi Capitulo Albensi iuste, ut premisimus, et legitime factam, ad instanciam et peticionem ejusdem Capituli auctoritate —— m ex certa sciencia duximus confirmandam. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris domini Theodori Dei gracia Episcopi Jauriensis, aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno Domini MCCLXXX. (igy) VI°., XIII°. kalendas Augusti, Regni autem nostri anno sexto.

(Teutsch és Firnhaber, Urkundenb. z. Gesch. Siebenb. I. köt. 196. l.)

96.

III. Endre király Péchnek jószágait, ki örökös nélkül elhalt, Gergely bánnak és István grófnak, Mark fiainak, adományozza. 1296.

Nos Andreas Dei gracia Rex Hungarie memorie commendantes significamus, quibus expedit uniuersis, quod quia Stephanus, Ladislaus et Vgrinus, filij Ladislai, multa spolia seu latrocinia contra nostram Maiestatem procedendo incessanter indesinenterque in Regno nostro commiserunt, pro eo eciam, quia possessiones Gregorij Bani et Comitis Stephani, filiorum Comitis Mark pluries destruxerunt, pro huiusmodi excessibus eorum, uniuersas possessiones ipsorum, et specialiter possessiones Peech sine herede decedentis, quas actenus potencialiter detinuerunt occupatas, aufferendo ab eisdem, pro dampnis et iniurijs per eosdem Gregorio Bano et Stephano Comiti illatis, dedimus, donauimus et contullimus memorato Gregorio Bano et Comiti Stephano perpetuo possidendas, tenendas et habendas. Datum sub castro Kwzegh in octauis Santi Michaelis Archangeli anno Domini M° CC° nonagesimo sexto.

(Garai Miklós nádor 1433-ki itéletéből, mclynek eredetie őriztetik a nemzeti Muzeum kézirati gyűjteményében.)

97.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Palathkai János és Gergely Palathkában és néhány más helységben lévő birtokának felerészét Gyogyi Miklósnak eladták. 1296.

Nos Capitulum Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transilvanie presencium per tenorem significamus quibus expedit universis, quod Johanne et Gregorio filiis Iwanka de Palathka ex una parte, ac Comite Nicolao filio Andree de Gyog ex altera, coram nobis constitutis, idem Johannes, et Gregorius confessi sunt : medietatem possessionis sue Palathka vocate, et aliarum quatuor arearum Mykoteluke, Thehuenusteluke, et Legun vocatarum, simul cum medietate sylue Hintus vocate, in uno ambitu sub certis mertis inclusarum, nunc habitatore carencium, vendidisse ipsi Comiti Nicolao, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam, pro septuaginta marcis denariorum, in estimacione denarios valenti plene recept — — et habitis a Nicolao prefato per eosdem. Et ut hujusmodi empcio et vendicio robur obtineat perpetue firmitatis, ad instanciam et peticionem per eum presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Sabbatho proximo ante quindenas Resurreccionis Domini, anno Domini M. CC. nonagesimo sexto.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenb. z. Gesch. Siebenb. I. köt. 198. l.)

98.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, birtokcseréről az erdélyi püspök, és Samson fiai közt. 1296.

Capitulum Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transilvanie vniuersis et singulis quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium saluatore. Vt gesta hominum, que ex bono mentis proposito, bonaque deliberacione interveniente fiunt in tempore, nec per contrarias uoluntates per tempora elabantur ad perpetuam rei memoriam, patrocinioque consueverunt litterarum eadem communiri. Proinde ad vniuersorum et singulorum noticiam harum uolumus serie pervenire litterarum, quod venerabilis pater P. Dei gracia Episcopus Transilvanus, Prelatus noster, prout Ecclesiam Beati Michaelis ipso feliciter gubernante semper prefuturus extitit, ita et in subsequenti concambio inter eum et Petrum Comitem, magistrum Saulum, et Nycolaum filium ipsius Comitis Petri, filii Sampsonis celebrato, premisso nobiscum diligenti tractatu, et nostro ad hoc consensu accedente, meliora prospiciens, talem possessionis permutacionem solempniter celebrauit, ut data terra Kuncedvyuar vocata, juxta Morisium, ubi sunt site due ville, una Wywar, secunda vero Foludij nominata, et due Ecclesie lapidee, una videlicet Ecclesia Beati Michaelis, et altera Sancti Georgij martyris, a predictis Petro Comite, magistro Saule, et Nycolao filio Comitis Petri cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, prout iidem ex collacione Regis Stephani inclite memorie, ab antiquo possedisse dignoscuntur, idem venerabilis pater quamdam villam Episcopalem, sitam iuxta Aranyas, Foikod uocatam, ubi Ecclesia Sancti Regis Stephani constructa habetur, eo jure eaque plenitudine, qua idem dominus Episcopus, et sui predecessores, in temporalibus possedisse dignoscuntur, similiter cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis, in concambium dedit, et sub titulo permutacionis viris assignavit antedictis

in heredes heredum et filios filiorum inreuocabiliter possidendam; hujusmodi — — — — ario introducto et utili condicione inserta, quod si ullo unquam tempore Episcopalis dignitas uel alius nomine eius, aut aliquo legitimo casu, per eam possidens, racione possessionis per Com(item Petrum), Saulum fratrem eiusdem, et magistrum Nycolaum, filium ipsius Comitis Petri, in concambium assignate, suscitata materia questionis per quempiam in ius vocaretur, et idem dominus Episcopus, uel eius successores, ad sustinendam litem, et ad defendendam ipsam possessionem, iure et Regni consvetudine uetante se insvfficientem iudicaret, ex tunc Petrus Comes, magister Saulus, et magister Nicolaus prelibati, nec non et eorum heredes, tamquam expeditores, ad liberandum possessionem, et Ecclesiam in pacifica possessione tuendam, proprijs laboribus, et expensis, ad requisitionem Ecclesie occurrere teneantur. Ad idem attendandum observandum, a parte altera dominus Episcopus se ipsum et in persona sua dignitatem Episcopalem simili condicione astrinxit. Hoc nihilominus adjecto, ut si possessio a Comite Petro, Saulo et Nycolao magistris data, per ipsos, vel per heredes heredum, in premisso necessitatis articulo non posset defensari, tunc villa Ecclesie superius nominata in ius et proprietatem Ecclesie, et cum integritate rediret. Qui quidem Comes Petrus, Saulus et Nycolaus magistri, tam priuilegium Regis Stephani, donacionem continens, quam domini Andree Illustris Regis Vngarie confirmatorium, mediantibus quibus terram possederunt predictam, manibus domini Episcopi assignarunt, per nos tamen in Camera Ecclesie conservanda. Vnde hec omnia superius expressa Comes Petrus, magister Saulus et magister Nycolaus sepe dicti promiserunt, et promittentes se obligarunt omnes tres, si commode facere possunt, aut duo vel saltem unus ex ipsis nomine suo, et nomine aliorum, ad presenciam domini Regis accedendo, Regiisque privilegijs, ac Capituli, ubi idem dominus Episcopus uoluerit, inseri facere, et Regiis privilegiis, ac alterius Cap — — quam nostris hunc presentem permutacionis contractum roborare. Vt igitur presentis permutacionis titulus robur obtineat perpetue firmitatis, nec per aliquam parcium exstantibus condicionibus premissis possit aliquali (modo rescindi),

presentes ad instanciam parcium concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum quinta feria proxima post quindenas Pasce, anno Domini M° CC° nonagesimo sexto.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 193. l.)

99.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Hideghouzi Mihály a heoholmi lakosoknak vár építésére alkalmas hegyet és annak szomszédságában lévő erdőt eladott. 1296.

Capitulum Ecclesie Beati Mychaelis Archangeli Transsilvanie omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam ea que in tempore aguntur ne cum tempore elabantur, ipsa acta ad cautelam, et ut firmius stent et perdurent, patrocinio litterarum consveuerunt roborari. Proinde universorum noticie, tam presencium quam futurorum, harum serie declaramus, quod nobilis iuvenis Mychael filius Comitis Thome de Hydeghovz pro se et pro Nicolao fratre suo carnali, coram nobis personaliter constitutus, confessus est vnum montem valentem pro ope castri, cum quadam modica particula terre et silwa ad ipsum montem inmediate pertinenti, de quadam possessione sua Bulla vocata, metis, ei signis separatum et distinctum, ex bona voluntate fratris sui prelibati ac aliorum cognatorum et propinquorum suorum permissione, pro viginti marcis fini argenti, populis de villa Heoholm, pro quibus et ex quibus Andreas filius Hermani de ipsa villa comparuit, vendidisse, et ipsam pecuniam idem Mychael plenarie recepisse dixit ab eisdem, obligando se dictus Mychael, vt si processu temporis, predicti populi de Heoholm, racione dicti montis vel attinencium suorum predictorum, per quempiam inpeterentur vel

in jus traherentur, idem cum prefato fratre suo, et sui successores, populos sepefatos expedire tenerentur propriis laboribus et expensis, et in pacifica possessione dicti montis indempniter conseruare. In cuius rei memoriam, testimonium, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Mychaele Preposito Electo Zagrabiensi, Gregorio Cantore, Paulo Custode, Andrea Decano Ecclesie nostre existentibus, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 197. l.)

100.

Lodomér esztergami érsek, mint egyszersmind az apostoli szék kiküldött birája, a veszprémi püspök és az ó-budai káptalan közt, a budai tizedek tárgyában folyó perben a határnap elhalasztását határozza. 1296.

Lodomerius miseracione Diuina Archiepiscopus Strigoniensis locique ejusdem Comes perpetuus, Apostolice Sedis judex delegatus, viro discreto Magistro Emerico Maiori Archidiacono eiusdem Strigoniensis Ecclesie, college suo ab eadem Sede judici delegato, salutem in Domino. In octauis Sancti Regis Stephani, videlicet sexto kalendas Septembris ad procedendum in causa, que vertitur inter discretos viros Prepositum et Capitulum Budensis Ecclesie tanquam actores ex una parte, et venerabilem patrem Vesprimiensem Episcopum ex altera, non possumus hac vice apud Strigonium personaliter interesse, Regiis et publicis Regni negociis impediti. Discrecioni (igitur) uestre duximus auctoritate presencium committendum, quatenus ipsum negocium eodem statu, sicut in actis ipsius termini continetur, nostra et uestra auctoritate, interueniente consensu nichilominus magistri Nico-

lai Gueg college nostri, si eundem idem pater venerabilis Vesprimiensis Episcopus tanquam pro sua parte judicem duxerit producendum, prorogetis ad secundum diem Beati Luce Ewangeliste proxime uenturum, inhibentes medio tempore auctoritate Apostolica, et nostra nichilominus Metropolitica potestate, eidem patri venerabili, et Andronico Preposito Vesprimiensi, ac Hermano Comiti ciui de Castro Budensi, et aliis generaliter quibuscunque, ne per facti potenciam se immittant ad decimas occupandas intra territorium ciuitatis dicte Budensis in frugibus uel in vino, sicut hactenus nudius tercius miserabiliter et notorie in premissis contra ipsam Budensem Ecclesiam per facti potenciam dicti Prepositi et Capituli asseritur acceptatum, presertim cum eciam dominus noster Inclitus Rex Andreas prestita fide in manus nostras promiserit ipsi Budensi Ecclesie liberas et quietas, sicut antiquitus pacifice possederunt. Nos enim huiusmodi postulantes, qui ausu sacrilego prefatas decimas de facti potencia ulterius presumpserint occupare, uel in aliquo perturbare, auctoritate Metropolitica post ammoniciones multiplices excommunicacionis uinculo innodamus, et ferimus ab omnibus arcius euitari. Et hoc idem uestra sinceritas exequatur, ut quos Diuini canones a malo non reuocant, Ecclesie saltem coherceat seueritas disciplinis, prout in aliis litteris nostris patentibus continetur. Datum in castro sub monte Saag-Sumlua in festiuitate Sancti Regis Stephani anno Domini M° CC° nonagesimo sexto.

(Imre esztergami prépostnak ugyanazon tárgyban kiadott ugyan 1295-ki rendeletéből, mint alább 105. sz. a.)

101.

A pozsonyi káptalan Vörös Ábrahám pozsonyi alispánnak levélbe foglalt kérésére átírja az alább jegyzett számokat. 1296.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus vniuersis, quibus expedit, per presentes, quod accedens ad nostram presenciam nobilis vir Johannes filius Benedicti de Okoly, nobis litteras Abrahee (így) dicti Rufi Curialis Comitis Posoniensis exhibuit, hunc tenorem continentes :

Amicis suis karissimis Capitulo Posoniensi Abraham Ruffus Curialis Comes Posoniensis inclinacionem cum honore. Amiciciam uestram petimus et rogamus, quatenus litteras nostras patentes super possessione Symperg et altera Churlee uocata, filiorum Benedicti, necnon et litteras Regias, super eisdem possessionibus emanatas, uestris dignemini litteris priuilegialibus confirmare; aliud nostri gracia non facturi. Datum in Dominica Jvdica.

Hijs itaque perlectis idem Johannes exibuit nobis litteras priuilegiales domini Ladizlay quondam Illustris Regis Vngarie, quarum tenor talis est :

Ladislaus stb. (következik IV. László király 1274-ki okmánya, mely olvasható Okmánytárunk IV. kötetében 39. l.)

Perlectis itaque litteris priuilegialibus diligenter et attente, nullam in eisdem inuenimus rasuram nec in aliqua sui parte uiciatam. Exibuit eciam nobis idem Johannes et alias litteras patentes predicti Abrahee Ruffi Curialis Comitis Posoniensis, sigillo ipsius sigillatas, in hec uerba :

Nos Abraham Ruffus stb. (mint fenntebb 92. sz. a.)

Quarum eciam tenorem diligenter circumspicientes, et nullam in eisdem abolicionem, rasuram, uel aliquod uicium reperire ualentes, peticionibus ipsius Rufi Abrahee Curialis Comitis Posoniensis annuentes, tenorem tam Regalis priuilegij, quam eciam tenorem patencium litterarum ipsius Comitis Abrae de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegiali-

bus plenissime interseri fecimus ad cautelam. In cuius rei memoriam nostras dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia Resurreccionis Domini, anno Domini M° CC° nonagesimo sexto.

(Hártyán gyönyörün írva. Mind a rövidítések, mind általában az írás egész külalakja annyira emlékeztet a királyi irodából kikerült okiratokra, hogy hajlandó vagyok állítani, miszerint ez okmányt oly kanonok írta, ki azelőtt a királyi irodában jegyzői, vagy, ha tetszik, irnoki hivatalt viselt. A pecsét vörös selymen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa VII. Fasc. 1. Nro. 2. *Knauz.*)

102.

Mihály Gróf visszaváltja Márton, Tamás és János helyett az apjuk által Lodomér esztergomi érseknek 15 girányi tized fejében elzálogított Anja nevű földet, mely azért birtokává lesz. 1296.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus vniuersis, quibus expedit, per presentes; quod constitutis personaliter coram nobis Martino, Thoma, Johanne filijs Ywan, filij Renes ex vna parte, Comite Michaele filio Salamonis de Sagitarijs ab altera; idem Thomas, Martinus (et) Johannes sunt confessi, quod quamdam terram ipsorum hereditariam Anja vocatam ad septem aratra sufficientem, quam pater ipsorum quondam domino Lodomerio Diuina miseracione Archiepiscopo Strigoniensi pro quindecim marcis racione decimarum obligauerat, et eam iam dudum duplo redimere debuisset, predicti Martinus, Thomas et Johannes de bona voluntate ipsorum racione consaqwinitatis (így) eandem terram Anja vocatam Comitem Michaelem pro predicta summa pecunje cum sua pecunia redimere permiserunt. Quam summam pecunie magister Andreas loco et vice domini nostri

Archiepiscopi in nostri presencia comparens ab eodem Michaele in plenum se recepisse est confessus. Dixerunt eciam Thomas, Martinus (et) Johannes predicti, quod Michael predictus prefatam terram Anja vocatam cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs possidere debeat iure perpetuo in filios filiorum, obligantes eciam se Thomas, Martinus et Johannes predicti, quod quicunque processu temporum racione terre prenotate eundem Michaelem impetere forsitan attemptaret, idem Thomas, Martinus et Johannes tenebuntur ipsum Michaelem expedire proprijs laboribus et expensis. Situs autem terre talis est, quod ab occidente vicinatur aque Duduwage, vbi est capitalis metha; et inde vadit uersus aquilonem, ibi vicinatur terre castrencium (igy); et inde postmodum vadit uersus orientem, et ibi vicinatur terre aucupum domini Regis, ibi eciam est capitalis metha; et inde descendit ad terram Jacobi filij Salamonis, et ibi est capitalis metha; et inde vadit versus meridionalem, et ibi vicinatur terre Russoyt vocate; et inde redit versus aquam Duduwage, et ibi terminatur. In cuius rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Anno Domini M°CC° nonagesimo sexto. Datum —— (igy). (Talán a napot akarta ez utolsó szó után oda írni; mert különben igen szokatlanúl volna befejezve. Ámbár ezt feltéve is, mindig feltűnő marad e záradék; miután a *Datum* szót, mint tudva van, az évszám rendesen meg nem előzhette.)

(Vastag hártyán írva ibolyaszínű, sárga és kék selymen függ a még ép pecsét. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 1. Nro. 5. *Knauz.*)

103.

Udvar Gróf eladja 30 gira denáron körtvélyesi hat ekényi részjószágát Vörös Ábrahám pozsonyi alispánnak. 1296.

A. B. C.

Capitulum Posoniensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam (tenore presencium volumus) peruenire, quod constitutis coram nobis magistro Nicolao Notario Abrae Rufi Curialis Comitis Posoniensis, et Ipolito (filio) Dominici vice et loco domini sui, nobilis viri eiusdem Comitis Abrae Rufi ex una parte; Wduor filio Georgij de Sala — — e — —; idem Wduor oraculo uiue uocis est confessus, quod ipse quandam possessionem suam hereditariam in Comitatu Maioris Posonij e(xistentem) Kortuelus vocatam ad sex aratra sufficientem, sitam inter terram Kortuelus quandam (igy) filiorum Dominici a parte meridionali, et inter terram Chepani a parte ville Paach, scilicet a parte septemtrionali, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis vendidisset eidem Comiti Abrae Rufo pro triginta marcis denariorum latorum Wyennensium in filios filiorum perpetuo possidendam, quam summam pecunie dictus Comes (igy) Wduor dixit se plenarie recepisse, et se esse per eundem Comitem Abraam Rufum persolutum ex integro. Qua (igy) quidem terra Kortuelus ab occidente ibi sunt ammetanee terra Kwzog (?) et terra Chetou — —, directo cursu inter ipsas duas predictas terras ad partem orientalem; et vadit vsque ad metam *kyswelg* vocatam, et terram Oblynch nuncupatam, et ibi terminatur. Quam eciam terram Kortuelus transit quidam fluuius per medium Pylua vocatus. Comes eciam Wduor obligauit se nostri in presencia firmiter et attente, quod quicunque processu temporum ipsum Comitem Abraam Rufum vel suam posteritatem racione supradicte terre impetere vellet uel molestare attemptaret, expediret suis proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam nostras

concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Beate Petronelle, anno Domini M° CC° nonagesimo sexto.

(Szakadozott hártya. Az írás annyira elmosódott, hogy igen bajos hibátlanúl elolvasni; különösen a zárjellel ellátott szavakért jót nem állhatok. A még ép pecsét sárga selymen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár Capsa XIV. Fasc. 10. Nro. 16. *Knauz.)*

104.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, a schintpergi hegyen mívelt szőlőkben tartandó rendnek az érdekeltek által tett megállapításáról. 1296.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus vniuersis, quibus expedit per presentes, quod constitutis personaliter coram nobis Johanne et Petro filijs Benedicti, Johanne et Andrea filijs Nicholai de Racha, Jacobo filio Stephani, tam pro se, quam pro fratre suo Petro filio Racha ab una parte; tam ciuibus Posoniensis ciuitatis, quam hospitibus de Austria et Vngaria ab altera; idem Johannes et Petrus filij Benedicti, et ceteri nominati supra sunt confessi, quod licet materia questionis inter ipsos predictos nobiles, scilicet Johannem et Petrum et alios prenotatos, et ciues Posonienses et hospites, super extorsione pecunie aliqualis sit exorta, tandem propter bonum pacis ipsi duo, videlicet Petrus et Johannes et ceteri predicti, cum ciuibus et hospitibus in talem pacis concordiam deuenissent: Quod omnes ciues et hospites, qui in monte ipsorum Schintperg vocato vineas habent, de cetero nullam exaccionem uel collectam eis soluere teneantur, nisi cibriones ipsorum, quos actenus de qualibet vinea mediante iusticia consueto more vsque in hunc diem soluere consueuerunt; et eadem libertate gaudere debeant, qua liber-

tate gaudent ciues Posonienses, secundum quod in eorum priuilegijs continetur. Ita tamen, quod pro quolibet cibrione soluent quinque quartalia, secundum quod in Posonio et per totam terram soluere consueuerunt. In cuius rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto. Datum feria secunda post Dominicam Jubilate.

(Hártya; vörös-fehér selyemről függő ép pecséttel. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 17. Nro. 7. *Knauz.*)

105.

Imre mester esztergami prépost a veszprémi püspök és az ó-budai káptalan közt a budai tizedek tárgyában lefolyó perben, Lodomér érsek határozatának folytán, a határnap elhalasztását rendeli. 1295.

Nos Magister Emyricus Prepositus Ecclesie Sancti Georgii de Strigonio, judex a Sede Apostolica in hac causa specialiter delegatus memorie damus per presentes, quod in causa, quam magister Mychael Prepositus et Capitulum Budense, ex quibus magistri St. Decanus et Lukach Budenses Canonici cum litteris procuratoriis astiterunt, contra venerabilem patrem B. Dei gracia Episcopum Vesprimiensem et Capitulum loci ejusdem, pro quibus et ex quibus Petrus Cantor Ecclesie Vesprimiensis, et Gerekminus Decanus similiter cum legitimo procuratorio comparentem (így) in octauis Sancti Regis Stephani coram nobis et aliis collegis nostris habebant, litteras venerabilis patris Lodomerii Strigoniensis Archiepiscopi, domini nostri, procuratoribus ejusdem Budensis Ecclesie exhibitas recepimus sub hac forma:

Lodomerius miseracione Diuina Archiepiscopus Strigoniensis stb. (következik Lodomer érseknek levele, mint fentebb 100. sz. a.)

Nos autem propter mandatum eiusdem domini nostri Archiepiscopi presentem causam suo statu priori permanente ad secundum diem Beati Luce Ewangeliste fecimus prorogari. Datum in festo Sancti Augustini Episcopi et Confessoris anno Domini M° CC° nonagesimo sexto.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

106.

Eguki Mihálynak, László ellen törvénykezési haladéklevele. 1296. körül.

Datum pro memoria, quod cum iuxta continenciam litterarum memorialium Comitis Martini Vice-Judicis Curie domini Regis, Mychael filius Johannis de Eguk, Ladislao, filio Johannis filii Chubanka, in octauis Beati Georgii martiris, sex marcas coram nobis soluere debuisset; adveniente ipso termino Stephano seruiente ipsius Ladislai cum litteris ad ipsam solucionem spectantibus pro eodem domino suo ex vna parte, ab altera vero dicto Michaele coram nobis personaliter constitutis; idem Mychael solucionem quidem nullam fecit, sed exhibuit nobis litteras domini Regis continentes, quod cum idem Mychael filius Johannis, seruiens Dominicy, Magistri Tauarnicorum eiusdem domini Regis, vna cum dicto magistro Dominico domino suo, ad presentem exercitum ipsius domini Regis sit profecturus, dictam solucionem sex marcarum, sine grauanime dupli alicuius, ad quindenas eiusdem exercitus deberemus prorogare. Nos igitur mandatis eiusdem domini Regis obtemperantes, vt tenemur, prefatam solucionem absque aliquo grauamine ad ipsas quindenas exercitus

duximus prorogandam, statu et forma priorum litterarum permanente. Datum quarto die termini prenotati.

Jegyzet. Bőrhártyán kelt zárt levél, melynek hátára szintazon kéz ezt írta: „Prorogatoria solucionis sex marcarum, pro Michaele de Eguk, contra Ladislaum filium Johannis filii Chubanka ad quindenas exercitus." Kerek pecsétének maradványai mutatják, hogy e levél az egri káptalanban kelt. Abádi Domonkos tárnok a Tamay nemzetségből, és Márton alországbíró, mint más oklevelekből tudjuk, mintegy 1296. éltek. Innen ez oklevél kora is meghatározható. Másolta Horvát István a szandavári Sréter levéltárából. *Érdy.*

107.

Házassági eljegyzés Beatrix, Martell Károly czímz. magyar király leánya, és János viennei dauphin közt. 1296.

In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, Pontificatus domini Bonifacii Pape octavi anno secundo mense Maii die XXV. eiusdem IX. Indiccionis. Presentis instrumenti publici serie notum sit omnibus, quod in presencia mei, Petri Grassi de Neapoli, Regii et publici Apostolica authoritate Notarii, nec non Reverendi patris domini Philippi Dei gracia Neapolitani Archiępiscopi, venerabilis viri domini Petri de Ferreriis, Decani Aniciensis, Regni Sicilie Cancellarii, Regiorum Consiliariorum et familiarium, domini Manni presbyteri Canonici Neapolitani, Leoneti de Campesio et Johannis Chambonis de Mala Valle ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum testium. Inter Excellentissimum Principem dominum Karolum secundum Dei gracia Hierusalem et Sicilie (Regem), Ducatus Apulie et Principatus Capue, Provincie et Forqualquerii Comitem, pro domina Beatrice minore septennio nepte sua primogenita, bone memorie Incliti Principis domini Karoli primogeniti eius, Hungarie Regis Illustris, ex parte

una; et viros nobiles ac discretos, dominum Beneventum de Campesio Juris Civilis Professorem, et dominum Johannem de Sancto Sabino, Consiliarios et familiares ac speciales ad hoc Procuratores et Nuncios, quod constitit, virorum Illustrium domini Humberti Dalphini Viennensis et Albonis Comitis Dominique de Turre, ac Johannis Dalphini primogeniti sui pro eodem primogenito ex altera. Tractatus est habitus de sponsalibus et matrimonio, suo tempore contrahendo, et post varios habitos ex hinc et inde tractatus, talis demum mutuo finalis inde concordia est secuta; videlicet, quod predictus dominus Rex per egregium virum dominum Bartholomeum de Capua, Logothetum et Protonotarium Regni Sicilie, Consiliarium et familiarem suum, plena inde, quod sibi constitit, tradita potestate promisit se facturum et curaturum legaliter et bona fide, quod quamprimum pro etate licebit, dicta domina Beatrix consenciet in eumdem Johannem Dalphinum, tamquam in suum sponsum et virum legitimum, eique matrimonialiter coniungetur; ipsaque sponsalicia et matrimonium contrahet legitime cum eodem; quam quidem dominam Beatricem ex nunc promisit Rex ipse per speciales suos alios et eiusdem Dalphini Nuncios in Prouincia ad ciuitatem Sistarici mittere dicto Dalphino tradendam, apud eum, iuxta suorum morum observanciam educandam. Pro cuius domine Beatricis dote dominus Rex ipse dare conuenit, atque promisit librarum Turonensium nigrorum, aut solvi faciet viginti millia, de quibus decem millia solvet eidem domino Johanni Dalphino, vel alii pro parte ipsius, in Provincia in festo Omnium Sanctorum secundo futuro sequentis XI. Indiccionis. Et de reliquis decem millibus faciet et servabit, quod testificacio dictorum Nunciorum specialiter inde facta, quam penes se dominus Rex conservat, in forma scilicet publica, alia penes Nuncios ipsos consimili remanente, continet et declarat. Hoc specialiter et expressim in convencione adiecto, quod si, quod absit, accideret dictum non compleri matrimonium, dos ipsa in eisdem decem millibus librarum Turonensium solvendis, ut predicitur, restituetur instanter; scilicet, ubi matrimonium ipsum contingeret alterutrius morte subsequenter dissolvi, tunc dos ipsa secundum morem et consuetudinem nobilium Patrie dicti Dalphini restituetur in termino legibus

constituto, et de reliquis totidem fiet, sicut in eadem publica testificacione Nunciorum ipsorum, ut predicitur, declaratur. Dicti vero Nuncii eiusdem Dalphini, plenam ad hoc habentes potestatem, ut constitit nomine et pro parte tam predicti domini Humberti, Dalphini patris, quam eiusdem Johannis primogeniti sui, constituerunt dicte domine Beatrici dotarium trium millium annuarum librarum Turonensium predictarum, quod infra primo futurum festum Omnium Sanctorum, ac tardius per ipsum Dalphinum cum consciencia Senescalli Provincie in terra convenienti eiusdem valoris annui de terra dicti Dalphini statuetur, et eciam distinguetur; circa quod dicti Nuncii promiserunt se facturos et curaturos, quod dictus uterque dominus Dalphinus, pater et filius, cuncta, sicut prenarrata sunt, observabunt inviolabiliter, et efficaciter adimplebunt; et tam predictus Bartholomeus nomine et pro parte, ac in animam ipsius domini Regis, a quo de hoc plenam habuit, ut constitit, potestatem, quam dicti Nuncii nomine et pro parte, ac in animam ipsorum utriusque Dalphini, de premissis omnibus et singulis adimplendis et servandis, sicut prenominata sunt, in manibus meis, predicti Notarii, tactis Sacrosanctis Evangeliis prestiterunt corporalia iuramenta. In cuius rei fidem, testimonium et cautelam facta sunt exinde per me Notarium supradictum duo publica consimilia instrumenta, pendentibus tam ipsius domini Hierusalem et Sicilie Regis, quam Nunciorum ipsorum sigillis, et mea subscripcione munita; presens scilicet eidem Dalphino per eosdem Nuncios deferendum, et alterum penes ipsum dominum Regem Hierusalem et Sicilie conservandum. Actum Neapoli mense, die et Indiccione pretitulatis.

Et ego Petrus Grassus de Neapoli, qui supra, Regius et Publicus Apostolica auctoritate Notarius, predictis omnibus et singulis interfui, eaque propria manu subscripsi et publicavi, meoque solito signo signavi rogatus.

(Hist. de Dauphiné (de Valbonnais.) P. II. 77—78. *Czech.*)

108.

László, Miklós mesternek meadi bánnak fia, Mendel Ebron fiainak némely javakat odomángoz hűbérképen, ausztriai jog szerint. 1296.

Nos Ladislaus filius Magistri Nycolai Bani de Mead tenore presencium profitemur, quod bona deliberacione prehabita et consilio sapientum, attendentes fidelitatem ipsorum seruiciorum, Wolfgero et Nycolao Ebroni, et Andree et Mychaeli filijs Ebroni dicti Mendel de Mead, et omnibus heredibus ipsorum utriusque sexus, quedam bona sua in Mead, videlicet quatuor feoda et dimidium cum quibusdam agris, qui communiter *Vber Mazze* nuncupantur, et quandam partem sillue (igy), et dimidium feodum suum in Mortunzzaben, contulimus nomine feodali, secundum terre Austrie iusticiam, libere et perpetue possidenda, sic quod per nos aut successores nostros in predictis feodis, scilicet agris et siluis, molestari non debeant vllo modo, aut in aliquo impediri; confirmantes eos in eisdem bonis, secundum quod actenus ipsam feoda cum suis antecessoribus a nostris progenitoribus tenuerunt, dantes eciam ipsis liberam potestatem vendendi et obligandi feoda supradicta, et disponendi ea ad vtilitatem ipsorum, secundum, quod necessitati eorum videbitur expedire. Et ne concessionem nostram in posterum aliquis hominum valeat infringere aut irritare, predictis fratribus filijs Ebroni dicti Mendel, et omnibus heredibus ipsorum presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Mead anno Domini M° CC° LXXXX° VI in die Margarete Virginis.

(Eredetie függő pecséttel a soproni városi levéltárban. *Hatvani Mihály.)*

109.

III. Endre király tanusítja, hogy Miklós győri főispán Gergely esztergami kanonoknak, és György testvérének, visszaadta légyen Lugur nevű halastavukat. 1297.

(A)ndreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex uniuersis presentes litteras inspecturis salu tem in Domino sempiternam. Ut ea, que iudicio uel concordia terminantur, salua, illibata et illesa consistant, et ne in recidiue contencionis scrupulum relabantur, solent et debent litterarum testimonio perhemnari. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam tam presencium quam eciam futurorum tenore presencium volumus pervenire, quod magister Nycolaus filius Pauli, Comes Jauriensis fidelis noster, coram nobis person aliter comparendo qandam (így) piscinam magistri Gregorij Can onici Strigoniensis filij Comitis Andree, et magistri Georgij, filij Comitis Cene, fratris eiusdem, Lugur vocatam, s uper fluuio Duduag existentem, restituit eisdem magistris Gregori o et Georgio fratri eiusdem, tanquam ius eorum hereditarium, sub metis et terminis antiquis, prout per magistros Gregorium et Georgium dicta piscina habita extitit et poss essa ab antiquo. Ut igitur huiusmodi restitucionis series robur optineat perpetue firmitatis, nec possit ullo unquam tempore irr itari, presentes ad peticionem et instanciam eiusdem magist ri Pauli ipsis magistris Gregorio, et Georgio, ac eorum pos teris, dupplicis sigilli nostri appensione dari iussimus et fecim us communitas. Datum per manus venerabilis patris domini T h(eodori) Dei gracia Episcopi Jauriensis aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini milles imo ducentesimo nonagesimo septimo, XII. kalendas Fe bru arij, Regni autem nostri anno sexto.

(Hosszú keskeny íróhártyán. A vastag zöld és vörös zsinorról a pecsét már elveszett. Az eredeti Dr. Stur gyűjteményében. *Hatvani Mihály.*)

110.

III. Endre király Hannus kamaragrófjának egy Kassa és Gölniczbánya közt fekoö erdöt adományoz. 1297.

Nos Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Fervor fidelitatis eximie et obsequiorum merita subditorum corda Regum et Principum adtrahunt, inducunt et invitant, ut ii, qui serviciis dominicis se immiscent, condigne remuneracionis stipendiis attolantur. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod quia Hannus filius Comitis Herbordi de Cassa, Comes camere nostre Majestatis, oculis nostris meruit multipliciter commendari, nosque ipsius servicia pietatis oculis intuentes, volentesque ipsius fidelitatibus et obsequiis aliquali remuneracionis antidoto obviare, sylvam intra civitates nostras Gelnuchbana et de Cassa situatam seu existentem, ad nostram manum immediate spectantem, desertam, et intensam inter fluvios Mizla et Chernuta vocatos existentem, usque ad fluvios Bela et Kis Gelnuch nuncupatos, prout ad nostram Regiam pertinet Majestatem, eidem Comiti Hannus, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus contulimus et tradidimus jure perpetuo et irrevocabiliter possidendam. Et eundem Comitem Hannus in corporalem possessionem dicte sylve et terre per Feldricum Castellanum nostrum de Potok sub testimonio Capituli Agriensis fecimus introduci. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris domini Theodori Dei gracia Episcopi Jauriensis, dilecti et fidelis nostri, aule nostre Vice-Cancellari, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, Regni autem nostri anno septimo

(Kassa város levéltárábából. *Hatvani Mihály.*)

111.

III. Endre király Széplak helységnek Pozsony várossali egyesülését rendeli. 1297.

Nos Andreas Dei gracia Rex Vngarie memorie commendantes significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod quia nos super amplificacione ciuitatis nostre Posoniensis et de melioracione sui status toto posse volumus inuigilare, hanc hospitibus nostris in ciuitate Posoniensi existentibus de munificencia Regia graciam duximus faciendam, ut populi de villa Zceplok existentes, se in ciuitatem nostram Posoniensem transferre debeant causa commorandi, illa et eadem libertate gaudeant, qua alii ciues nostri de Posonio gratulantur, et omnia edificia dictorum populorum tam in lapidibus, quam in alijs constructa pro municione ciuitatis nostre antedicte duximus deputanda. Vnde volumus, quod nullus ciues nostros de Posonio occasione predicti facti audeat vel presumat molestare. Datum Posonij in crastino Annunciacionis Virginis Gloriose, anno Domini M° CC° nonagesimo septimo.

(Eredetie Pozsony város levéltárában.)

112.

III. Endre a fertői félvámot Soprony város falainak kiigazítására adományozza. 1297.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum tenore presencium noticiam uolumus peruenire, quod cum nos in ciuitatem nostram Supruniensem uenissemus, et paupertatem, inopiam seu depressionem ciuium ac omnium hospitum nostrorum in eadem ciuitate nostra Supruniensi commorancium, necnon murorum eiusdem ciuitatis confraccionem ex nimia antiquitate, et operis vetustatem vidissemus, inopieque seu paupertati ipsorum ciuium nostrorum de Supronio huiusmodi compaciendo et murorum confraccionem, et operis vetustatem eiusdem ciuitatis nostre intuentes doluissemus, cupientesque ex animi nostri desiderio circa reparacionem ac murorum renouacionem predicte ciuitatis nostre inuigilare, necnon inopie, paupertati seu oppressioni eorundem ciuium seu hospitum remedijs opportunis donacione ex munificencia Regia prospicere et pariter prouidere, vt ex ipsorum ciuium statu, commodo et apulencia honor Regius augmentetur et Regie Maiestati honorem impendere possint ampliorem; medietatem tributi de Fertev, quam dominus Rex Bela auunculus noster beate memorie pro conseruacione turrium castri Supruniensis predicti donauit; donacionem huiusmodi attendentes esse minus vtilem, presencium auctoritate premissam donacionem irritando reuocamus, et eandem medietatem tributi cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis ciuibus seu hospitibus vniuersis de Suprunio ad vsum et vtilitatem communem, et pro renovacione ciuitatis nostre predicte ac murorum castri reparacione dedimus, donauimus, tradidimus et contulimus iure perpetuo et irrevocabiliter paci-

fice possidendam, tenendam et habendam. Volentes, vt nullus Comes Supruniensis pro tempore constitutus, nec eciam alij aliqui, predictos ciues, idest hospites nostros de Suprunio racione medietatis tributi predicti et vtilitatum suarum impetere audeat siue eciam molestare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Gregorij Albensis Ecclesie Electi dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo septimo, quintodecimo kalendas Novembris, Regni autem nostri anno octauo.

(Eredetie függő pecséttel Soprony város levéltárában. *Hatvani Mihály.*)

46.

III. Endre király a sopronyi polgárokat a vámfizetés alól felmenti. 1297.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris salutem in Domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum cives seu hospites nostri de Suprunio propter guerram Regni nostri intrinsecam et discrimina viarum a multis retrolapsis temporibus pro acquirendo commodo ipsorum et victu per ambitum Regni nostri procedere pro mercimonijs ipsorum contrahendis more antiquitus consueto nequiuerint, et ob hoc iidem hospites nostri rebus temporalibus destituti sint et oppressi paupertate; nos ex officii nostri debito releuamini dictorum hospitum nostrorum ex Regia benignitate cupientes prouidere, ut ipsorum inopie consulatur, hanc eisdem hospitibus nostris de Suprunio graciam specialem du-

ximus faciendam, ut iidem hospites et quilibet ex ipsis ab omni solucione tributi, sicut cives Albenses et Budenses, per tocius Regni nostri climata, tam super aquam Danubij et aliis fluviis in Regno nostro existentibus, in descendendo aut ascendendo, quam super terram liberi et immunes penitus sint et exempti; volentes et auctoritate presencium uniuersis tributariis in quovis loco tributi in Regno nostro constitutis sub amissione rerum et tributi firmiter imponentes, vt de rebus dictorum hospitum nostrorum de Suprunio vel quorumlibet ex ipsis, aut mercibus eorundem, contra formam gracie eis per nos facte nullum tributum recipere audeant vel presumpmant, sed eis et cuilibet ex ipsis cum rebus et mercibus eorum liberum transitum prebeant et securum, materia impedimenti, molestie aut nocumenti non obstante. Si qui vero contrarium huic nostre ordinacioni et gracie facte attemptauerint, indignacionem nostram se senciant grauiter incursuros. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Gregorii Albensis Ecclesie Electi, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo septimo, quindecimo kalendas Novembris, Regni autem nostri octauo.

(Eredetie Soprony város levéltárában.)

114.

A budai káptalan bizonyságlevele, hogy Mechfrech budai polgár ujmali szőlejét Lászlónak, Tivadar győri püspök testvérének eladta. 1297.

A B C.

Capitulum Budensis Ecclesie omnibus Christi fidelibus, quibus presentes ostendentur, salutem in Domino sempiternam. Vniuersorum noticie tam presencium quam futurorum harum insinuacione litterarum volumus fieri manifestum, quod Mechfrech filius Mechfrech ciuis de castro Budensi ad nostram personaliter accedens presenciam, dimidietatem cuiusdam vinee, que quondam Comitis Jak fuerat, in territorio Vymal inter vineas Bartholomey, et filiorum Comitis Chuda site, a parte meridionali existentem, quam titulo empcionis sibi fuisse deuolutam, et alteram dimidietatem eiusdem a parte septemtrionali existentem Kreusunger ciuis de eodem castro Budensi esse asserebat, cum omnibus vtilitatibus suis de voluntate et consensu dicti Kreusunger, sicut dixit, confessus est vendidisse, tradidisse et assignasse Comiti Ladizlao filio Comitis Nycolay, fratri venerabilis patris domini Theodori Episcopi Jauriensis, et Nycolao filio Nycolay fratris eiusdem domini Episcopi, pro quibus Vgrinus officialis dicti domini Episcopi aderat, pro decem marcis plene receptis ut d — — — perenniter et irreuocabiliter possidendam; obligando nichilominus se idem Mechfrech et suos heredes, ab omnibus Comitem Ladizlaum et — — — — et filios filiorum eorum occasione dicte dimidietatis vinee molestare nitentibus, defendere et liberare suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad instanciam et peticionem eiusdem Mechfrech Comiti Ladizlao et Nycolao memoratis presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Lectoris Ecclesie nostre anno Domini

M° CC° nonagesimo septimo. Magistro Paulo Cantore, magistro Gregorio Custode, Johanne Decano, Nycolao, Lucachio et Andrea sacerdotibus, Thoma, Jacobo, Nycolao et Petro magistris, ceterisque Canonicis existentibus.

(Erede ie a Rumy család levéltárában, másolata a magyar akademia kézirat-tárában.)

115.

Kozmas gróf halálos ágyán Horpo birtokot Péter grófnak hagyományozván, halála után neje ezt helyben hagyja. 1297.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis significamus uniuersis, quibus expedit per presentes, quod nobilis domina Elisabech (így) relicta Comitis Cosme, que propter exequias mariti suj Comitis Cosme predicti, quibus oportuit eam interesse, ad presenciam (nostram venire) non potujt, in Ecclesia fratrum Minorum coram domino Johanne nostro Concanonico et Ecclesie nostre Vicario (sponte est confessa), quod cum Comes Cosmas maritus domine predicte decumbens in lecto egritudinis, et senciens sibi mortis periculum immjnere, Comiti Petro filio Gothardi pro suis seruicijs multiplicibus et diuturnis quandam possessionem Horpo vocatam, sitam a parte orientalj inter duas villas Rasolyz et Lapychoz (?) vocatas, coram eadem domina vxore sua legaujt, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis in filios filiorum (perpetuo) possidendam; predicta autem domina eodem jure, quo Comes Cosmas suus maritus predictam possessionem (legatam Comiti) Petro supradicto in filios filiorum iure perpetuo possidendam legauit, tradidit; obligauit (similiter se) et pro filio suo Achileus vocato, quod quicunque Comitem Petrum racione possessionis predicte processu temporum impetere forsitan attemptaret, eadem domina te-

nebitur ipsum Comitem Petrum expedire proprijs laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes dedimus litteras sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M° CC° nonagesimo septimo. Datum die Dominjco post Conuersionem Beati Paulj Apostoli.

A B C.

(Hártyán. A sorok végszavai elmosódvák; azért a zárjel közti és kérdőjellel ellátott szavakért jót nem állok. A még ép pecsét vöröszöld selymen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 8. Nro. 8. *Knauz.*)

116.

A tihanyi konvent bizonyságlevele, hogy Máté, egykor V. István király aranymívese, zarberényi birtokát a veszprémi egyháznak felajánlotta. 1297.

Nos Conuentus Monasterij Tikoniensis significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod Matheus aurifaber quondam domini Stephani Regis Hungarie, ad nostram personaliter accedens presenciam, confessus extitit oraculo viue vocis, quod ipse totam possessionariam porcionem suam in Zarberyn habitam, quam ex collacione ipsius domini Stephani Regis habuisset, que quondam Salomonis filii Felch, quondam nobilis de ipsa villa Zarberyn, hominis sine herede decedentis, fuisset, cum omnibus suis utilitatibus, terris scilicet arabilibus, sessionibus, vineis, fenetis, syluis, nemoribus, et aliis quibuslibet pertinenciis, iuxta legitimam statucionem per hominem Regium et testimonium Conuentus Cruciferorum de Alba sibi factam, et postmodum per eundem dominum Regem mediantibus priuilegialibus litteris suis confirmatam, pro remedio anime sue et auxiliacione Beati Michaelis Archangeli Ecclesie et Capitulo eiusdem Beati Michaelis de Wesprimio

dedisset, legasset et contulisset perpetuo possidendam et habendam. Datum in festo Beati Ladislai Regis anno Domini M. CC. nonagesimo septimo.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

117.

Mikó Detre fia és János Byter fia némely birtoki jogaik iránt, a váczi káptalán előtt viszoncserét kötnek. 1297.

(C)apitulum Ecclesie Waciensis omnibus Christi fidelibus quibus presentes ostenduntur salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Comes Mikou filius Detrici ab una parte, Johannes filius Comitis Byter et Hermanus seruiens eiusdem Comitis Byter cum litteris nostris procuratorijs super ratihabicione confectis pro eodem Comite Byter ex altera, coram nobis personaliter constituti confessi sunt uiua uoce, quod in quibusdam possessionibus ipsorum, scilicet Olcharzk excepta a Hyrichou, predicti Comitis Mikou empticia videlicet, et Galabuch memorati Comitis Byter aquisita, ipsis litteris seu priuilegijs, necnon instrumentis circumdatas et limitatas (így), quibus partes usque modo possederunt, concambium huiusmodi fieri ordinassent inter ipsos, quod memoratus Comes Mykou predictam possessionem Olcharzk uocatam cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis (sub) ipsis metis, quibus ipse actenus possedit, dedisset et contulisset memorato Comiti Byter, et filijs suis, ac vniuersis heredibus ipsorum, in concambium predicte terre Galabuch iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam; et e conuerso idem Comes Byter et filij sui memoratam possessionem ipsorum Galabuch uocatam, similiter eodem modo, prout

ipsi actenus possederunt, dedissent et contulissent sepedicto Comiti Mykou in concambium ipsius terre Olcharzk, similiter iure perpetuo possidendam; ita scilicet, quod si processu temporis quelibet parcium per aliquem racione predictarum possessionum molestaretur, se inuicem seu mutuo defensare tenerentur proprijs laboribus et expensis. In cuius rei testimonium presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Henrici Lectoris Ecclesie nostre anno Domini M° CC° nonagesimo septimo. Venerando patre Domino H. Dei gracia Episcopo Vaciensi existente, domino Dominico Preposito, Dominico Cantore, Julyano Custode, Olyuerio Archidiacono Vaciensi, Nycolao Pestiensi, Agustino de Scigetfeu, Nycolao de Chongrad et Goblino de Zonok Archidiaconis existentibus, ac alijs multis in Ecclesia Beate Virginis existentibus Deo pie famulantibus humiliter et deuote.

A B C.

Jeggzet. Bőrhártyára írott metszett levél, melynek alúl fölhajtott hártya hasadékaiból vörös és sárga sodrott selyemről függött ép monorú pecséte leszakadt. A kékköi levéltárban : Fasc. 1. Nro. 6. *Érdy.*

118.

Mykud bán az erdélyi káptalannak megírja, hogy Jobustelke birtokát Péternek, Márknak, Istvánnak, Dávid fiának, és Sudnak Péter fiának eladta. 1297.

Viris discretis et honestis ac amicis suis Capitulo Ecclesie Beati Mychaelis Archangeli Transsiluane Mykud Banus, se totum cum amicicia pleniori. Vestre discrecioni per presentes declaramus, quod quandam terram nostram Jobusteluke uocatam in Comitatu Albensi adiacentem, cum tribus particulis siluarum, iuxta ueteres metas et antiquas, nouas per nos erigendo, ex bona voluntate et permissione magistri Njcolai, Demetri et Petri, filiorum nostrorum vendimus Petro, Marco, et Stephano, filio Dauid, ac Sud filio Petri, et per eos filijs ac successoribus eorundem, pro triginta marcis minus vna, perpetuabiliter et pacifice possidendam, partim in argento decime combustionis, partim vero in estimacione condigna, quam pecuniam ijdem viri plenarie nobis persoluerunt; obligantes nos eisdem ab omnibus impedicionibus racione terre propriis laboribus et expensis liberare et eosdem in ipsa possessione conseruare. Quare requirimus discrecionem, quatenus eisdem, visis presentibus, priuilegium vestrum super ipsa vendicione dare dignemini, ac si personaliter coram vobis fuissemus. Item hec uendicio facta fuit coram Magistro Clemente, Johanne Siculo; item Demetrio, Johanne et Gregorio filijs Michaelis; item coram fratribus Wyd, ac Almmato (?). Preterea emanato priuilegio omnes litere judiciales et priuilegiales primitus emanate super dicta terra debent cassari. Datum in predicta terra Jobosteluke, anno Domini M°. CC°. nonagesimo septimo.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenbuch stb. I. köt. 203. l.)

119.

Demeter pozsonyi és zólyomi ispán a királyi sólymosok földéből elfoglalt fél ekényi földet visszaitéli. 1297.

Nos magister Demetrius Comes Posoniensis et de Zolum, quibus expedit significamus vniuersis, quod nos ad speciale mandatum domini nostri Andree Dei gracia Illustris Regis Hungarie quandam particulam terre cultiuate dimidij aratri sufficientem de terra falconariorum ipsius domini Regis in Lypto existencium, que per Gregorium indebite fuerat occupata, ab eodem Gregorio auferendo restituimus magistro Johanni Gallico, prout in ipsius litteris ac instrumentis diuersis nobis exibitis plenius vidimus contineri. Datum in Lypto in quindenis Natiuitatis Beati Johannis Baptiste anno Domini M^{o} CC^{o} nonagesimo VII°.

Jegyzet. Eredetie bőrhártya a Hunt-Pazmántól eredett Kubinyi nemzetség levéltárában *Érdy.*

120.

István Márton fia, fegyveres erővel rohant Bither Mikó fia Zilna (Zsolna Trencsinben) birtokára, mely hatalmaskodás megbizonyítására határidő rendeltetik. 1297. körül.

Damus pro memoria, quod Comes Bither filius Miko personaliter astando contra Comitem Stephanum filium Martini similiter personaliter conparentem, in figura iudicij egerit coram nobis tali modo: Quod hoc anno feria secunda proxima post festum Pasce Domini idem Comes Stephanus cum

Guda, Thoma de Sancta Cruce, Paulo, Welich, Mathe et Gold, seruientibus suis ad uillam suam Zilna uocatam armatis manibus ueniendo destruxisset, dampnum quingentarum marcarum in ipsa destruccione eidem faciendo, duos eciam jobagiones suos, scilicet Petrik, et Enchik uocatos in eadem uilla captiuasset, captivatosque secum abduxisset, occidi eosdem faciendo; adiecit eciam, quod in crastino facta destruc cione ijdem Guda, Thomas, Paulus, Welich, Mathe et Gold reuertentes, omnia, que in ipsa uilla post destruccionem eorumdem remanserant, uiolenter recipiendo abstulissent. Contra quem idem Comes Stephanus respondens, omnia premissa se fecisse denegauit, excepto eo, quod dixerit super morte predicti Petrik se omnino concordasse. Nos igitur auditis parcium proposicionibus decreuimus, quod idem Comes Bither in octauis Sancti Martini coram Capitulo Strigoniensi accionem suam prehabitam testibus debeat conprobare, et rursum quinto decimo die a produccione testium partes coram nobis comparebunt, nomina et dicta testium suorum idem Comes Bither in litteris eiusdem Capituli coram nobis exhibebit, et eodem die idem Comes Stephanus exhibebit litteras suas, si quas habet super eo, quod super morte Petrik concordasset, cum Comite Bither et cum aduersarijs eiusdem, quibus exhibitis inter ipsos decernemus. Datum Bude in quindena Sancti Regis Stephani.

Jegyzet. Bőrhártyára írott zárt levél, melynek behajtott vége, azután eleje fektetvén egymásra, mind a három rétegen keresztül vont hártyakötelék már egészen eltünt, kerek pecséttel volt lepecsételve. Hátirata ez : pro Comite Stephano contra Comitem Bither. A kékkői levéltárban - Fasc. 1. Nro. 3. *Érdy.*)

121.

Emlékeztető bírói levél, melyben a perlekedőknek okleveleik és irómányaik bemutatására határidő rendeltetik. 1297. körül.

Damus pro memoria, quod in octauis Purificacionis Beate Virginis Zobizlaus filius Comitis Bogomerij pars actor, pro quo magister Bartholomeus Lector Ecclesie Nytriensis, et Jacobus filius Chyma jobagio Castri Nytriensis cum litteris Capituli loci eiusdem comparuerunt continentibus, quod idem Zobyzlaus quescionem seu accionem suam eisdem in hoc facto commiserit exequendam, ratum et firmum habiturus, quidquid magister Bartholomeus et Jacobus predicti experiuerint pro eodem, assumpserunt ab una parte; Petrus et Byther Comites filij Miko, et Myko filius Detrici, qui personaliter comparuerunt similiter et assumpserunt, ex altera; debeant comparere peremptorie coram nobis, et ipso die ambe partes omnia priuilegia et instrumenta sua, quotquot habent super facto possessionis Kyzche, alio nomine Yescesiu uocate, sicut predicti procuratores eiusdem Zobyzlai dicebant, quam scilicet possessionem ijdem Petrus et Byther Comites, ac Myko, ad possessionem eorum Varna vocatam asseruerunt pertinere, et esse intra metas dicte possessionis eorumdem, confecta, debent exhibere coram nobis. Quibus exhibitis, decernemus inter partes iusticia mediante. Datum in villa Zcenholm, sexto die quindenarum Omnium Sanctorum.

Jegyzet. Bőrhártyán kelt zárt levél, mely szokás szerint már eltünt kerek pecséttel volt lepecsételve. Hátirata ez : pro Petro et Byter Comitibus ac Myko contra Zobyzlaum ad octauas Purificacionis Beate Virginis. A kékkői levéltárban : Fasc. 1. Nro. 8. *Érdy.*

122.

III. Endre király Péter gróf kérésére, és tekintetbe véve ennek hadi erényeit, átírja és megerősíti Demeter pozsonyi főispánnak Semke birtokára vonatkozó ugyan 1298-ki itéletét. 1298.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est salus et uita. Pro meritis subditorum Regie (így) Sublimitas apicem conuenit inclinare bellicis sudoribus dampsillitati (így) Regalis gracie occurrendo. Proinde ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir Comes Petrus filius Thvluoy de Comitatu Posoniensi ad nostram accedens presenciam, exibuit (így) nobis patentes litteras magistri Demetrij Comitis de Posonio et de Zoulum, petiuit nos cum instancia, ut ipsas litteras ratas habentes et acceptas de benignitate Regia nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem patencium litterarum tenor talis est :

Nos Magister Demetrius stb. (mint alább 134. sz. a.)

Nos igitur iustis peticionibus predicti Comitis Petri fauorabiliter inclinati, ipsas litteras non abrasas, non cancellatas, nec aliqua sui parte viciatas, de uerbo ad uerbum inseri fecimus, auctoritate presencium duximus confirmandas. Consideratisque fidelitatibus et seruiciorum meritis predicti Comitis Petri, que nobis in diuersis Regni nostri expedicionibus semper et ubique cum omni feruore fidelitatis exhibuit et impendit, et specialiter cum nos magistrum Demetrium Comitem de Posonio et de Zoulum contra dominum Adolfum Regem Romanorum vnacum domino Alberto tunc Duce Austrie et Styrie misissemus, ubi idem Petrus laudabiliter dimicando quinque nobiliores et sollempniores milites captiuauit, et duo letalia excepit wlnera, quod nobis per relacionem ueridicam eiusdem magistri Demetrij seriatim extitit euidenter; pro dam-

pnis eciam et iniurijs, que pro fidelitate nobis debita per infideles Regni nostri est perpessus, et specialiter per Stephanum dictum Thouth seruientem Johannis filij Herrici tunc, cum castrum Symigiense obsideremus, est perpessus, in qua quidem destruccione ad ualorem ducentarum marcarum dampni est perpessus, prout in litteris Capituli Posoniensis plenius uidimus contineri. In recompensacionem igitur tot et tantorum seruiciorum et dampnorum ipsius Comitis Petri predictam terram Semky ab omnibus reuocando de nouo dedimus et contulimus eidem Comiti et (így) Petro, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, sine preiudicio tamen iuris alieni, sub eisdem metis et terminis, quibus eadem terra Semky per ipsos castrenses limitata extitit possessa iuere (így) perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus religiosi et discreti viri de ordine Minorum ac venerabilis patris domini Annoni Dei gracia Episcopi Ecclesie Chenadiensis aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo octauo, septimo kalendas Augusti, Regni autem nostri anno nono.

(Hártyán gyönyörűn írva. Vörössárga selymen a pecséttöredék. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa X. Fasc. 1. Nro. 2. *Knauz.*)

123.

III. Endre király iktatási parancsa a szegszárd konventhez, hogy Baas fiai Egenzaraznak birtokába iktatassanak. 1298.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Abbati et Conuentui Saxardiensi salutem et graciam. Johannes, Rolandus et Paulus filij Baas, nobiles de Comitatu Tolnensi, ad nostram accesserunt presenciam, quandam terram Reginalem Egenzaraz uocatam in Comitatu Tolnensi existentem uacuam et habitatoribus destitutam, ut dixerunt, a nobis petiuerunt sibi dari. Et quia nobis de ipsa terra non constat, fidelitati uestre precipientes mandamus, quatenus mittatis hominem uestrum idoneum pro testimonio, coram quo Lampertus filius Moys de Duus homo noster accedat super faciem dicte terre, conuocatis conmetaneis et uicinis per ueteres metas et antiquas reambulando statuat filijs Baas antedictis, si non fuerit contradictum, contradictores uero, si qui fuerint, ad nostram citet presenciam ad terminum competentem. Et post hec qualitatem et quantitatem ipsius terre, nomina contradictorum, diem citacionis, et terminum nobis fideliter rescribatis. Datum Bude in festo Sancti Regis Stephani.

(A szegszárdi konvent ugyanazon évi jelentéséből. *Szabó Károly.*).

124.

III. Endre király megerősíti a Nyéki család számára III. István király 1165-ki kiváltságát 1298.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex vniuersis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Iustis peticionum desideriis assensum prebere jus incitat et Regalis pietas exhortatur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Petrus Rufus filius Jakow, Mark filius Martini, et Marcellus Wunch de Nyeek ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini Stephani condam Illustrissimi Regis Hungarie, filii videlicet potentissimi Ducis Geize, beatissimarum recordacionum, super libertate ipsorum confectum, petens a nobis cum instancia, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cujus quidem priuilegii tenor talis est :

Nosse desidero stb. (l. III. István király 1165-ki okmányát l. Fejérnél Cod. Dipl. II. köt. 173. l.)

Anno Domin M. CC° nonagesimo octavo, VI° kalendas Marcii.

(Horvát István kézirataiból a Nemzeti Muzeum kézirattárában. V. ö. Fejért Cod. Dipl. V. köt. 3. r. 255. l.)

125.

VIII. Bonifácz pápa a sz. Ferencz-rendüek szlavoniai tartomány-főnökének, hogy két szerzetest küldjön hitinquisitoroknak Magyarország déli tartományaiba. 1298.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio ... Ministro Provinciali Ordinis fratrum Minorum in administratione provincie Sclavonie, salutem et Apostolicam benedictionem. Licet ex omnibus mundi partibus, que Christiana religione censentur, teneamur ex officii debito extirpare letiferam pestem heretice pravitatis, in partibus tamen Servie, Rasie, Dalmatie, Crovatie, Bosne atque Istrie, provincie Sclavonie, imminet nobis hec sollicitudo propensius, ubi eandem pestem propter malitiam temporis, que in detrimentum fidei Catholice perversa genimina germinavit, ex evidentia operis et fame noticia persensimus abundantius succrevisse. Cupientes igitur in dictis partibus, et in Archiepiscopatibus Duracensi, Antibarensi, Ragusino, Spalatensi et Jadrensi, et Diocesibus suis, per aliquos de fratribus tui ordinis partem super hoc nostre sollicitudinis adimpleri, discretioni tue per Apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum fratrum ipsius ordinis eligas duos de fratribus ipsius ordinis tue administrationis idoneos ad huiusmodi opus dominicum exequendum, eisque in virtute obedientie districte Apostolica precipere auctoritate procures, ut inquisitoris officium in locis predictis contra heredicos, credentes, fautores, defensores et receptatores eorum, iuxta formam in aliis Apostolicis litteris expressam, que fratribus predicti ordinis inquisitoribus huiusmodi pravitatis in eisdem locis deputatis auctoritate Apostolica et inposterum deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto Inquisitoris officio destinantur, exequi studeant diligenter. Nos enim predictos duos fratres, quos ad hoc elegeris, et utrumque ipsorum, prefatum officium exe-

qui iuxta formam in litteris ipsis expressam, ac ipsos illam potestatem et auctoritatem plenarie habere volumus, que in eisdem litteris continentur. Si vero tu, vel vicarius tuus, te absente, aliquem Inquisitorem huiusmodi ex aliqua forte causa nonnunquam fore videritis amovendum, ipsum amoveatis, et substituatis loco illius alium, quem similem postestatem et auctoritatem habere volumus, quotiens vobis, deliberatione cum aliquibus discretis fratribus dicti ordinis prehibita, hoc fore videbitur faciendum. Et si aliquem vel aliquos Inquisitorum ipsorum decedere forte contigerit, nos substituendi de consilio aliquorum fratrum eiusdem ordinis alium vel alios loco illius vel illorum, qui decesserint, ita quod huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque vicario, si tu absens fueris, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. kalendas Maii, Pontificatus nostri anno quarto.

(VIII. Bonifácz pápa Regestáiból, Theiner Monumenta stb. I. k. 381. l.)

126.

VIII. Bonifácz pápa János jadrai, és a választott spalatoi érseknek meghagyja, hogy a sebenicoi püspöki megyét rendezzék. 1298.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri . . . Archiepiscopo Jadrensi, et dilecto filio . . . Electo Spalatensi salutem et Apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia cunctorum mater fidelium et magistra, que superne dispositionis arbitrio super universas orbis Ecclesias obtinere dinoscitur principatum, statum, conditiones et qualitates locorum et temporum provida circumspectione discutiens, nonnulla locorum ipsorum, causa rationabili suadente, in civitates interdum erigit et Episcopalis decorat insigniis dignitatis; aliqua vero ex causa huiusmodi nonnunquam predictis privat insigniis, utrisque retribuens iuxta suorum exigentiam meritorum. Habet siquidem fidedigne relationis assertio, quod ab olim inter cives Tragurienses, et homines ville Sebenicensis, in Spalatensi Provincia constitute, gravis et periculosa dissensio adhuc durans, ea occasione potissime fuit exorta, quod venerabilis frater . . . Traguriensis Episcopus et cives predicti, villam ipsam debere subesse asserebant, et asserunt Traguriensi Ecclesie, ac de Diocesi eius esse: prefatis hominibus firmiter asserentibus ex adverso, predictam villam nec eidem subiectam Ecclesie, neque de (Diocesi) ipsius fore dicunt, sed sibi potius proprium deberi Episcopum, seque dignitatis Episcopalis fore titulo decorandam. Nos igitur ad pacem fidelium et quietem paterna sollicitudine intendentes, et volentes benignius non levibus animarum et corporum obviare periculis, que inter cives et homines supradictos possent, prout asseritur, occasione huiusmodi evenire, ac etiam carissime in Christo filie nostre Marie, consortis carissimi in Christo filii nostri Caroli Illusris Regis Sicilie, Regine Ungarie Illustris, nec non et

sarum festivitatum immediate sequentes, nec non in Beatorum Michaelis Archangeli, Laurentij et Petri de ordine Predicatorum martyrum, Nicolai et Martini confessorum, Margarete, Caterine, et Marie Magdalene, festivitatibus, et in dedicatione Ecclesie supradicte causa devotionis et orationis accesserint, et ibidem missam audierint, vel pro pace Universalis Ecclesie oraverint mente pia, aut pro reparationibus, emendationibus, structuris, laminaribus, calice, ornamentis, structuris, vestimentis, libris, campanis vel alijs quibuscunque dicte Ecclesie necessarijs manus porrexerint adiutrices, vel qui in bona sui corporis sanitate, seu etiam in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint modo licito Ecclesie supradicte, de Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentijs misericorditer in Domino relaxamus, dummodo Diocesani uoluntas ad id accesse(rit) et consensus, In cuius rei testimonium presentibus nostra sigilla iussi(mus) appensione muniri. Datum Rome die XX. mensis Martij XI. Indictione pontificatu — — Bonifatij Pape octavi anno quarto.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenb. z. Gesch. Siebenb. I. k. 205. l.)

128.

Az esztergami káptalan bizonyságlevele, hogy Koarszeg helységben bírói határozatnak folytán határjárás tartatott. 1298.

A B C.

Nos Capitulum Ecclesie Strigoniensis memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod cum iuxta continenciam litterarum nobilis viri Comitis Benedicti Wice-Judicis Curie domini Regis in octavis medij XL-me magister Andreas filius Nicolai de Zyud ab vna parte, Paznanus et Nicolaus Comes de Chalamia, Beke filius eiusdem Comitis Nicolai pro se et pro Ladislao fratre suo, Alexius filius Feliciani, et Johannes filius Laurencii de eadem, presentibus testimonijs nostris et duobus hominibus domini Regis super faciem terre contenciose Koarzeg vocate personaliter accedere debuissent; advenientibus itaque ipsis octavis medij XL-me, magister Andreas, vnacum Comite Bugud homine domini Regis et testimonio nostro, videlicet Clemente sacerdote de Kemenche ab vna parte, Paznanus et Nicolaus Comes de Chalamia, Beke filius eiusdem Nicolai, pro se et pro Ladislao fratre suo, Alexius filius Feliciani, et Johannes filius Laurencii de eadem vnacum Comite Stephano filio Aba de Zalathna, similiter homine domini Regis, et Dominico sacerdote de Nyenye testimonio nostro ex altera, sicut eedem partes et homines domini Regis et testimonia nostra ad nostram presenciam personaliter accedentes nobis concorditer recitarunt, ad predictam terram contenciosam Koarzeg accedentes reambulassent eandem iuxta ueteres metas et antiquas, iuxta formam privilegii domini Regis Bele inibi per magistrum Andream exhibiti, prout in eodem privilegio Bele Regis super ipsa terra Koarzeg uocata confecto uidissent limitaciones et terminos earundem metarum contineri, prout cursus metarum in predicto transcripto priuilegii domini Regis Bele sub sigillo pendenti Capituli Waciensis uidimus

contineri. Adiecerunt eciam, quod facta huiusmodi reambulacione partes predicte per arbitrium nobilium virorum Bognd et Stephani filij Aba Comitum, amicabilium compositorum, propter bonum pacis ad concordie vnionem devenientes, et eandem terram Koarzeg uocatam a terris predictorum nobilium separatam antiquis metis ipsius renouatis reliquissent eidem magistro Andree pure et simpliciter, pacifice et quiete possidere, omnibus litibus questionibus et contencionibus super facto eiusdem terre inter partes ab antiquo susscitatis sedatis penitus et sopitis. Quarum quidem terrarum, scilicet Koarzeg prefati magistri Andree, Koar et Chalamia predictorum nobilium de Chalamia, mete et termini hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte orientali de terra Koarzeg uocata, vbi sunt due mete terree iuxta fluuium Ypul, et ibi cadit in ipsum fluuium Ypul; deinde autem tendit uersus meridiem ad terram Lamperti, que Riba vocatur, et currit in ipsa aqva per magnum spacium eundo, et ibi uenit ad haradissa (?) castri in vnum nemus ad occidentem, quod wlgo *holmo* dicitur, et prope illum monticulum parum descendendo sunt due mete terree, et in eodem nemore sunt due terree mete, ubi eciam est vna uia, que exit de illo nemore, et transit unam magnam viam, vbi sunt due mete terree; et inde tendit per terras arabiles ad vnam paruam siluam, quod wlgo vocabulo *eresteiven* dicitur, sub cuius fine sunt due terree mete, et sic iuxta illam siluam currit per metas nouas versus metas priores, vbi sunt commetanei nobiles de Chalamia; que quidem silva *eresteiven* omnino remanent intra metas ad terram Kourzeg vocatam et pernotatam, et sic terminatur. Preterea, si predicti nobiles Paznanus et Comes Nicolaus de Chalamia, Bekc et Ladislaus filij eius, Alexius filius Feliciani, et Johannes filius Laurencii aliqua privilegia, litteras uel instrumenta super facto prefate terre Koarzeg vocate in fraudem reseruassent, casse, irrite, et inanes, et omnino suis uiribus vacuate haberentur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Dominica Judica Me, anno Domini M° CC° nonagesimo octavo.

(Eredetiét közölte velem T. *Szent-Királyi László* úr.)

129.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Abel és Endre, Mihály fiai Olnyrus birtokot Jánosnak, Tamás fiának eladták. 1298.

(Az erdélyi vajdának egyszersmind szolnoki főispánnak egy 1305-ki okmánya tartalmazza, hogy „Johannes filius Thome" előtt az erdélyi káptalannak bizonyságlevelét felmutatta) „in quibus continebatur, quod anno Dominice Incarnacionis M°. CC°. nonagesimo octavo Abel et Andreas, filii Mychaelis filii Abeel cuiusdam, terram eorum Olnyrus predictam ex consensu omnium commetaneorum, Thome filii Ambrosii patris predictorum, Johannis, Ladislai et Stephani, tam racione proximitatis, quam eciam racione pecunie, videlicet viginti quatuor marcarum, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis, pratis, fenetis, siluis et loco molendini, sub eisdem antiquis metis et terminis, quibus idem possedisse dinoscebatur, plene receptis ab eodem pecuniam pretaxatam, vendidisse perpetuo possidendam heredum per heredes, assumpnentes eundem Thomam et filios suos Abel et Andream predictos ab omnibus impetitoribus racione ipsius possessionis Olnyrus, expedire et in pacifica possessione cum quiete conseruare."

(Teutsch és Firnhaber, Urkundenb. z. Gesch Siebenb. I. köt. LXXIX. l. 365. sz. a.)

130.

A szepesi káptalan bizonyságlevele, hogy Hilbrand, a szepesi szászok grófja, Sztoyan Miklós grófnak két ekényi földet egy réttel adott el. 1298.

Nos Capitulum Ecclesie Sancti Martini in Scyps memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod Hilbrandus Comes Saxonum in Scyps in nostra presencia parte ex una est constitutus, parte vero ex altera Comes Nicolaus Stoyanus; et idem Comes Hilbrandus coram nobis est professus, quod Comiti Nicolao Stoyano terram ad duo aratra sufficientem cum prato sub Regali mensura pro quinquaginta marcis puri argenti vendidisset in hereditate Tomasy vocata, que quidem hereditas sua exstat ex dono Regali, sicut in priuilegio Regis Ladislai ac Regis Andree continetur, sibi ac suis heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam, et idem Comes Hilbrandus dixit se plenarie illam pecuniam recepisse. Prima meta huius terre incipit in alta via, que vadit de villa Prepositi in Schinukin, et illa eadem via ac meta separat Nicolaum Stoyanum et Comitem Hilbrandum; et ab illa meta vadit contra mediam noctem super vnum pontem, et a ponte tendit per uallem contra mediam noctem usque ad fossatum molendine (igy); et fossatum ascendendo usque ad aquam, que Petena vocatur; et eadem aqua descendendo usque ad locum, ubi riuulus montanus intrat Petenam, et sic illas aquas descendit usque ad magnum pontem, et a magno ponte ascendit riuulum, qui vocatur Roz ad longitudinem vnius iugeri, et tunc vadit contra orientem usque ad metas illorum de Schynukin, illas metas de Schinukin ascendendo usque ad metas Barlabe et Comitis Nicolay filij Mathie, et metas filij Mathie ascendit usque ad metas Nicolay Stoyanj; et illam metam ascendit usque ad altam viam; et eandem viam ascendit usque ad primam metam; et sic mete eiusdem

terre ac prati distinguntur. In cujus rei testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M°. CC°. nonagesimo octauo.

(Az eredeti után.)

131.

A szegszárdi konvent bizonyságot tesz arról, hogy III. Endre királynak Budán 1298. aug. 20-kán kelt parancsa értelmében János, Roland és Pál, Tolna vármegyei nemeseket, Baas fiait, Tolna vármegyei Egenszáraz (ma Szárazd falu) nevű királynéi puszta földbirtokába minden ellenmondás nélkül beigtatta. 1298.

Excellentissimo domino suo Andree Dei gracia Illustri Regi Hungarie Abbas et Conuentus monasterij Saxardiensis oraciones in Domino. Recepimus litteras uestre Serenitatis in hec uerba :

Andreas Dei gr. stb. (mint fentebb 128. sz. a.)

Quia nos preceptis uestre Excellencie sumus obedientes et satisfacere uolentes, cum predicto Lamperto homine uestro, unum ex nobis misimus virum ydoneum ad premissa exsequenda, ijdemque homo uester et noster ad nos reuersi retulerunt, quod in festo martirum Cosme et Damiani idem homo uester accessisset super faciem predicte terre Egenzaraz uocate, coram eodem fratre nostro, conuocatis conmetaneis et uicinis eandem per ueteres metas et antiquas reambulasset et statuisset dictis filijs Baas, nullo contradictore apparente. Datum in festo Beati M(ichaelis Ar)changeli, anno Domini M° CC° nonagesimo octauo.

(III. Endre királynak 1299-ben kelt adománylevetéből, mint alább 137. sz. a., a b. Wesselényi család levéltárából. Közli *Szabó Károly.*)

132.

A jászói konvent a Lánczy nemzetség némely tagai közt Lánczon lévő birtokrész fölött történt örökegyességről bizonyítványt ád. 1298.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis nos Prepositus et Conuentus de Jazow salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, ut quicquid coram presentibus agitur, a memoria ne labatur. Hinc est, quod coram nobis personaliter constituti Jacobus, Ladislaus et Dominicus filii Petri de Lanc protulerunt viva voce, quod particulam terre Lanc memorate, scilicet ad medium aratrum, quam pater ipsorum Petrus prenotatus suis consanguineis, Petro sacerdoti, Gregorio et Thome, filijs Hermani de eadem Lanc, dederat et contulerat perpetuo iure (et) irreuocabiliter possidendam, ut vidimus in priuilegio Agriensi contineri; eodem modo Jacobus, Ladislaus et Dominicus supradicti ipsisdem Petro sacerdoti, Gregorio et Thome memoratis dederunt et admiserunt eandem particulam terre memorate cum certis metis assignando. Cuius terre mete sic incipiunt: A parte aquilonis prope *beruk* vulgo dicitur meta terrea; a Kanapota incipiendo vadit ad meridionalem, totum complebit cum terreis metis in vertice montis circa vineam; inde ascendit in monticulum, et prope (arborem) *nirfa* vocatam; inde descendit ad finem *yrtuan* in vallem ibique mete terree; inde vadit uersus Cheb, et ibi terminantur iste mete, separant terram supradictorum J(acobi), L(adislai) et Dominici. Item pro vinea, que iacet in parte dictorum Petri sacerdotis, Gregorij et Thome, hiidem (igy) Jacobus, Ladislaus et Dominicus dederunt ex parte ipsorum particulam *yrtuan* prenotatam. In cuius rei testimonio et firmitate concessimus litteras sigilli

nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° nonagesimo octauo.

(Eredetie, kemény bőrhártyára írva; egy araszt széles, hat hüvelknyi hosszú. Bőrkötelekről függő jól megőrzött pecséte barnasárgás viaszku hajában vagyis tokjaban lévő fekete viaszk fészkére nyomva; s ugyanaz, a mit mainap is használ e konvent. Lásd a réztáblát a Magyar Történelmi Tár II. kötetében. Pesten 1856. a 97. sz. a. Néhai Jerney János, akademiai tag gyűjteményéből.)

133.

A gyula-fehérvári dömesek konventjének bizonyságlevele, hogy Anich, Kiskereki Salamon leánya, Borbárdi Bálintot meghatalmazottjának rendelte. 1298.

Nos frater Mattheus de Paloch, Prior Ordinis fratrum Predicatoruum, ceterique fratres de Conventu Albensi Transsilvaniensi memorie commendamus quibus expedit universis; quod domina Anich filia Salamonis de Kerechnuk, considerans fragilitatem corporis sui, continuis morbi fluctibus attriti, ut et illud, quod dominus suus maritus Joannes filius Petri de Fahid in continuis domini nostri Regis exercituacionibus distentus, a longissimis jam temporibus absens esset; hinc ne ipsa domina Anich, ejusque proles omni jurium suorum defensore privarentur, coram nobis personaliter constituta, vive vocis oraculo, sanaque ex deliberacione, accedente eciam, uti exposuit, cognatorum suorum mutuo assensu, Valentinum de Barbantina constituerit coram nobis legitimum procuratorem, et defensorem universarum causarum, et jurium suorum, nec non dictarum prolium suarum. Quosuper presentes expediri, ac sibi extradari supplicavit authenticas litteras testimoniales sigilli nostri conventualis munimine roboratas. Datum

feria quarta proxima post festum SS. Corporis Christi, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo et octavo.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenb. z. Gesch. Siebenb. I. köt. 206. l.)

134.

Demeter pozsonyi és zólyomi főispán Semke birtokot Péter Tholvay fiának itéli oda nehány pozsonyi várjobbágy ellenében. 1298.

Nos magister Demetrius Comes Posoniensis et de Zoulum memorie commendantes significamus quibus expedit uniuersis, quod nos causam, que uertebatur inter Petrum filium Thulwoy ab una parte, et Mychaelem ac Myhalch (így) fratrem eiusdem, Marcellum et Kemen ac Vendeg castrenses pro se et cognatis suis ab altera, ex precepto et mandato domini Regis, vna cum judicibus a domino Rege deputatis in Comitatu Posoniensi, et alijs quam pluribus nobilibus et jobagionibus castri Posoniensis sedentes, secundum formam judicij iudicantes, inuenimus et sciuimus de possessione Semky uocata, ipsos castrenses nichil iuris habere, quia ipsa possessio Semkey (így) per priuilegium domini Regis et alia instrumenta predicti Petri filij Thuluoy, sicut olim, sic et nunc debuit esse et est perpetua in filios filiorum, eisdem uero castrensibus super eadem possessione silencium imposuimus; quia eandem possessionem, iusticia mediante, predicto Petro coram predictis judicibus et jobagionibus Castri dedimus et assignauimus perpetuo in filios filiorum possidendam. Datum Sabbato proximo ante Dominicam Inuocauit, anno Domini M° CC° nonagesimo octauo.

(III. Endre királynak ugyan 1298-ki megerősítő okmányából, mint fentebb 122. sz. a. *Knaus).*

135.

Humbert-viennei dauphin nyugtatványa, hogy fia János menny-asszonyának, Beatrix Martell Károly czímz. magyar király leányának hozományát átvette. 1298.

Nos Humbertus, Dalphinus Viennensis, et Albonensis Comes, Dominusque de Turre, notum facimus universis presentes litteras inspecturis; quod nos confitemur et publice recognoscimus serie presencium litterarum, quas ubique vim obtinere volumus publici instrumenti, nos habuisse et recepisse integre et perfecte ab inclyto Principe domino Carolo II. Jerusalem et Sicilie Rege domino nostro dotem, quam dictus dominus Rex se daturum promisit nobis, seu Johanni filio nostro, pro Serenissima domina Beatrice eius nepte, filia inclyte recordacionis domini Caroli quondam Regis Hungarie, uxore futura jam dicti Johannis carissimi filii nostri; de cuius dotis promissione et assignacione constat publico instrumento sigillato sigillo pendenti domini nostri Regis iam dicti. Renunciantes etc. excepcioni etc. quittantes et absolventes jam dictum dominum nostrum Regem etc. Datum apud Gracianopolim die XX. Februarii anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, undecima Indiccione.

(Bouche Honorè, L' histoire chronologique de Provence à Aix 1664 fol., II. köt. 1072. l. *Csech.*)

136.

III. Endre király a Rathold és Sarthyvanveche nemzetségek tagjai közt birtokcserét hágy helyben. 1199.

Nos Andreas Dei gracia Rex Hungarie significamus uniuersis, quibus presentes ostendentur, memorie commendantes, quod nobilis vir Dominicus Magister Towarnicorum nostrorum de genere Rathold ab una parte, Stephanus filius Jule, Martinus et Demetrius filii Nicolai de genere Sarthyvanweche ex altera, presentibus Comite Thoma filio Comitis Andree, Comite Nitriensi et Barsiensi, et Herryco filio Comitis Loth de genere Bolugh, Consiliarijs nostris per Regnum deputatis, item Nicolao Vayvoda filio Magistri Mauricij, Magistro Paulo de Komarun Comite Jauriensi et Musuniensi, Moys Magistro Towarnicorum domine Agnetis Regine, charissime consortis nostre, Laurencio Vayvoda filio Nicolai, Magistro Petro dicto Fogos Comite Syculorum, fratre venerabilis patris P. Dei gracia Episcopi Transylvanie dilecti et fidelis nostri, Baronibus nostris coram nobis personaliter constitutis, fuerunt confessi spontanei, prudentes et idonei oraculo vive vocis: quod in quibusdam possessionibus suis permutacionem seu cambium facere vellent auctoritate nostra Regia mediante, et nos Regium nostrum consensum eisdem annuimus petiti per eosdem. Ipse enim Stephanus filius Jule, volentibus et consencientibus prefatis Martino et Demetrio de generacione sua affirmavit, se quamdam possessionem suam Puruzlou vocatam cum suo Monasterio in eadem possessione constructo in portu Tyza adjacentem, in Comitatu de Heves-Ujvar existentem, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis universis dedisse et contulisse in permutacionem et cambium possessionum inferius conscriptarum dicto Dominico Magistro Towarnicrum nostrorum, et per ipsum suis heredibus, heredumque suorum successoribus jure perpetuo et irreuocabiliter, pacifice, tranquille et

quiete possidendam, tenendam et habendam. E conuerso vero ipse Magister Dominicus, prefato Stephano filio Jule possessiones Hahothmunustura, simul cum possessionibus Hudus, Arkusd, et Syles vocatas, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis uniuersis in Comitatu de Zoboch existentibus; item possessionem Chege vocatam in eodem Comitatu Zoboch cum tributo, quod in eadem possessione Chege exigi consueuit, simul cum attinencijs et vtilitatibus; item possessionem Buchtefulde vocatam in Comitatu de Thurna existentem, simul cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs ad easdem (spectantibus), dedisset et tradidisset perpetuo jure dominij dicto Stephano filio Jule et suis heredibus, heredumque suorum successoribus possidendas, habendas pariter et tenendas; obligantes se tam prefatus Magister Dominicus, quam Stephanus filius Jule, quod unus alterum vice mutua ab omni impeticione et accione contra quempiam vel quoslibet expedire teneatur propriis laboribus et expensis; caventes partes de traditis et permutatis ad invicem possessionibus predictis de eviccione particulari et generali ad invicem se tueri. Asserens Stephanus jam prefatus, quod licet donacionem condicionalem Episcopo et Ecclesie Agriensi fecerit sine consensu et conniuencia generacionis sue et propinquorum, prout et predictus Martinus et Demetrius filii Nicolai ipsi donacioni Episcopo et Ecclesie Agriensi facte nullatenus consensum et assensum se dixerunt prebuisse. Ideo propter condiciones et promissiones per venerabilem patrem Episcopum et Ecclesiam suam Agriensem non seruatas, ingratitudinis vicio subsequuto ipsam donacionem tam sepedictus Stephanus filius Jule, quam Martinus et Demetrius filij Nicolai antedicti penitus reuocarunt, nolentes presenti contractui contraire. Datum Bude quarto die quindenarum Purificacionis Beate Virginis anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

(Kazinczy Gábor közleménye a gr. Vay család levéltárából. Új Magyar Muzeum 1856. I. köt. 438. l.)

137.

III. Endre király János Tolna megyei nemesnek, Baas fiának, a Henrik bán fia János mester által letartóztatott Kőszeg vára vivásakor (1291-ben), és ipának Albert ausztriai herczegnek Adolf római király ellen nyert diadalában (1298-ban) tanusitott hű szolgálataiért Tolna megyei Egenszáraz (ma Szárazd) nevű királynéi puszta földet neki és testvéreinek Rolándnak és Pálnak adományozza. 1299.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est uera salus. Regali dignum est et expediens, eos qui in domincijs (igy) seruicijs et expediciosis famulatibus diucius se exercent, munificencia gratulari, vt eo amplius ipsorum exemplo ceteri ad fidelitatis opera uehemencius inuitentur. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire; quod cum Johannes, Rolandus et Paulus, filij Baas, nobiles de Comitatu Tolnensi, quandam terram Reginalem Egenzaraz uocatam in eodem Comitatu existentem, vacuam et habitatoribus destitutam, ut dicebatur, in qua Ecclesia in honore Omnium Sanctorum est fundata, petiuissent a nobis sibi dari, et nobis de qualitate et quantitate eiusdem terre non constaret, utrum ad nostram pertineret collacionem, nec ne, fidelibus nostris Abbati et Conuentui Saxardiensis (igy) dedimus iu mandatis, vt hominem ipsorum mitterent fidedignum pro testimonio, coram quo Lampertus filius Moys de Duus homo noster, conuocatis conmetaneis et uicinis, reambularet ipsam terram, et statueret ipsis filijs Baas, si non fieret contradictum, contradictoribus uero ad nostram presenciam euocatis Qui quidem Abbas (et homo noste)r nobis rescripserunt in hec uerba :

Excellentissimo domino suo Andree Dei gracia Illustri Regi Hungarie Abbas et Conuentus monasterij Saxardiensis stb. (mint fentebb 181. sz. a.)

Nos igitur consideratis fidelitatibus et meritorijs seruicijs eorundem Johannis, Rolandi et Pauli, que nobis in diuersis expedicionibus Regni nostri tam generalibus quam particularibus, cum omni feruore fidelitatis impenderunt, et specialiter attendentes, quod idem Johannes in expugnacione castri Kwzeg, quod per Magistrum Johannem filium Henrici Bani, tunc nostrum et Regni nostri infidelem detinebatur, exhibuit et inpendit, sue fidelitatis experienciam euidenter manifestans, intuentibus nobis uiriliter dimicando mortis periculum non formidans, quatuor letalia excepit uulnera, scilicet fossus in pectore lancea ferro scapulas attingenti, et fixus sagitta in manu dextra, ac cussus gladio in capite duo perferens uulnera in captiuitatem eiusdem Magistri Johannis incidens, usque anni reuolucionem est detentus captiuis uinculis mancipatus. Item cum nos Magistrum Demetrium, Comitem Posoniensem et de Zoulum dilectum et fidelem nostrum, in succursum domini Alberti tunc Ducis Austrie et Stirie, nunc uero Regis Romanorum semper Augusti, patris nostri karissimi, contra Odolphum tunc Regem Romanorum, eiusdem patris nostri karissimi capitalem inimicum, destinassemus, ibi eciam idem Johannes cum ipso proficiscens, militares et strenuos actus exercuit laude dignos in generali conflictu, quem idem pater noster habuit cum prefato Odolpho Rege Romanorum, ubi idem Rex Odolphus crudeliter extitit interemptus eodem karissimo patre nostro triumpho obtento glorioso, sex milites cinctos gladijs et quendam fratrem Palatini ipsius Regis Odolphi captiuando, prout idem Magister Demetrius nobis retulit, ac uulnera mortalia sustinendo. Et licet idem Johannes pro tot et tantis fidelitatibus ac seruicijs suis maiora mereretur, in aliqualem tamen recompensacionem seruiciorum suorum dictam terram Egenzaraz cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis sub eisdem metis et terminis, quibus ab antiquo ipsa terra limitata extitit et possessa, ipsis Johanni, Rolando et Paulo ac eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, de beneplacito et consensu domine Regine consortis nostre karissime, dedimus, donauimus et contulimus perpetuo et irreuocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigillis (igy) nostri munimine ro-

boratas. Datum per manus discreti uiri magistri Ladizlai Prepositi Tytulensis, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno Domini M° CC° nonagesimo nono, quintodecimo kalendas Februarij, Regni autem nostri anno nono.

(Eredetie a b. Wesselényi család levéltárában. Vörös és sárga selyemzsinórról függött pecsétje leszakadt. Ezen oklevelet Roland és Pál részére átírva újra kiadta I. Károly 1317-ben, mely átiratnak testvérei közzűl életben egymaga maradt Roland részére 1323-ban I. Károly által kiadott újabb átirata szintén megvan a b. Wesselényi család levéltárában. *Szabó Károly.*)

138.

III. Endre király a katzai lakosokat felmenti azon kötelezettség alól, miszerint a királynénak évenkint bizonyos számu macskabőr adójával tartoztak. 1299.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie etc. memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Detricus Comes de villa Felium suo, ceterorumque hospitum de dicta villa parcium nostrarum Transsylvanarum nominibus et in personis, nostram accedens Regiam Serenitatem querulose nobis exposuit, quod, quamvis dicti hospites ex concessione domini quondam Bele Regis Hungarie predecessoris nostri felicis recordacionis, ab onere prestandorum in usum dominarum Reginarum pellium felinorum, ob quod speciali privilegio, nomineque ville felium ab inicio mansionis eorundem hospitum ex Regum liberalitate donati fuere, absoluti habeantur et exempti, nihilominus tamen Vayvoda noster in partibus illis constitutus, etsi nulla super eos auctoritate preditus, onus id ab eis porro quoque extorquere nostro sub nomine et pretextu pergeret. Hinc nos Regie olim liberalitatis fideliumque eorundem hospitum serviciorum memores, eosdem ab omni hoc munere in perpetuum iterum

subportandos, elibertandos, immunitandos, ac absolvendos duximus harum nostrarum testimonio et vigore litterarum mediante, quas nos domino Vayvode, ejusque officialibus exhiberi, et dein impetrantibus in perpetuam, inviolabilemque firmitatem restitui volumus et jubemus. Datum in descensu nostro campestri prope Tyham, feria IV. proxima post festum Beati Laurencii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 209. l.)

139.

III. Endre király megerősíti az erdélyi püspök és káptalan számára a Borband és Karako helységek közti határjárát. 1299.

Nos Requisitores litterarum et litteralium instrumentorum in sacristia seu conservatorio Capituli Ecclesie Albensis Transilvane repositarum et locatorum, ac aliarum quarumlibet judiciariarum deliberationum legitimorumque mandatorum Principalium Executore stb. (A gyulafehérvári káptalan requisitorai 1573. május 1-je alatt Báthori István fejedelemhez jelentést tesznek, hogy) „quasdam litteras priuilegiales Serenissimi quondam ultimi Andree Dei gracia Regis Hungarie etc. reinuenimus, in quibus reambulationes, distinctiones et renovationes metarum diuersorum bonorum et possessionum Capituli Ecclesiae Albensis Transilvanae continentur, quae ad mandatum dicti domini Regis Andraeae per homines suos Regios ad id deputatos — — — Comitem videlicet Nicolaum de Gumbas, et Comitem Petrum de Forro sub testimonio — — Martini — — Custodis et Canonici — — Ecclesiae Varadiensis statim post exustam per Saxones Cathedralem Ecclesiam Albensem Capitulum ejusdem, et post amissa priuilegia Capituli cum sigillo ad restaurationem

ejusdem Capituli et predictorum bonorum possessionarum, factae et sequestratae fuerant anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, litteraeque earundem reambulationum eodem anno confectae et emanatae sunt, quas — — — dominus Ludouicus Dei gratia Hungariae etc. Rex — — — approbavit et ratificavit — — anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono. In quibus litteris inter alias reambulationes quoque metarum possessionis Borband a parte oppidi Karako tali sub tenore continentur: Unde per ipsum Ompay fluvium ascenditur inter terras Capituli ab utraque parte fluvii usque ad locum, ubi idem fluvius extractus fuit de veteri fluvio Ompay, transeuntes per villam Borband, et per locum ipsius veteris Ompay, in ipso exitu praedicta terra Borband commetatur terrae domini Episcopi Sard vocatae, in cuius vicinitate per locum veteris Ompey, in Seeg revertitur ad orientem ad tres metas terreas, in fine satorum positas, quarum una est terrae Sard, alia terrae Ompey, tertia vero terrae Borband predictarum; inde flectitur contra septemtrionem, et intrat nemus Ompey ad arborem *tuul* meta terrea circumdatam; inde transiens ipsum veterem fluvium Ompey, in quadam vena venit ad arborem ilicis meta terrea circumseptam, inde ad metam terream, in qua est arbor *twl;* inde transiens ipsum nemus, cadit in viam, per quam itur adhuc ad septemtrionem, juxta quam ab oriente est meta terrea; unde per eandem ad duas metas, quarum una est in via, alia juxta viam sub dumo ilicis ab oriente; inde per eandem viam in vallem; hinc ascendit ad montem ad tres metas terreas, quarum una est Episcopalis, altera Capituli, tertia vero hospitum de Korkou, ubi terra Borband a meridie, terra vero Sard ab occidente existunt, ubi in latere montis a septemtrione, in vicinitate dictorum hospitum Korkou postremo vertitur contra orientem et ascendit per viam ad duas metas terreas juxta viam ab utraque parte positas, quarum una est Pauli de Corkow et altera Capituli; inde in eodem latere septemtrionali descenditur ad unam metam terream, unde venitur ad tres metas terreas, quarum una est terrae Barbanth, alia hospitum de Igwen, tertia dicti Pauli, per quartam adhuc proceditur autem contra orientem in eodem latere et venitur ad metam terream dividentem terram Barband et ter-

ram Iguen, unde ascenditur ad *bercz* ad tres metas, quarum una est Capituli, altera hospitum de Iguen et tertia hospitum de Crakow praedictorum, ubi incipit tenere metas cum hospitibus de Crakow, et per idem *bercz* vertitur paulisper ad meridiem, et ascendens ad unam metam venit ad aliam in eodem *bercz*, in quo declinat iterum ad orientem, et venit ad duas metas terreas, unde ascendit per dorsum montis Eleos-Bercz vocati ad duas metas, inde eodem gressu ad duas metas, unde venitur ad supercilium ipsius *bercz* ad metam perforatam, abinde descendit ad duas metas juxta pirum positas, unde cadit in Morisium et per Morisium descendit ad metam priorem terra Borbanth a meridie, terra vero hospitum de Crakow a septemtrione remanentibus."

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. LXXXI. l. 376. sz. a.)

140.

VIII. Bonifácz pápa Gergelyt választatt esztergami érseket, az esztergami és a székesfehérvári egyházak kormányzásában megerősiti. 1299.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Georgio Electo Strigoniensi salutem et Apostolicam benedictionem. Preteritorum exhibitio temporum ad memoriam revocata demonstrat, quod nobile Regnum Ungarie valdeque diffusum, multa plebium generositate refertum, postquam Divinitus inspiratum fidem Christi suscepit, quasi optima terra fructus optimos protulit, palmites produxit electos, et tam in Ecclesiasticis, quam secularibus personis lapides vivos et honorabiles habuit ac electos, presertim personas utriusque sexus a dicti Regni domo Regia procedentes, utique sanctitate preditas, multa virtutum varietate donatas, que quasi lucerne ardentes non sub modio, sed supra candelabrum posite, non

solum circumpositis regionibus sue beatitudinis diffuderunt exempla, sed longe lateque per orbem; ex quibus per Apostolicam Sedem etiam nostris temporibus Sanctorum catalogo sunt adscripte. Habuit enim ipsum Regnum viros scientie eminentis in clero, laicos robustos in bellicis, devotionem ad Apostolicam Sedem in populis; fuit circumpositis Regnis in speculum multa virtutum numerositate dotatum. Sed proh dolor! dum in presentiarum Regnum ipsum respicimus, et miserabilem statum eius, et quantum a priori felici statu defluxit, et a statu cecidit glorioso, diligentius intuemur, formidamus merito et valde timemus, ne Regnum ipsum temporaliter in magna dispendia, et spiritualiter in magna pericula dilabatur, quibus, nisi dextera Domini faciente virtutem, et per Apostolice Sedis providentiam obvietur, Regnum idem vix adiiciet, ut resurgat. Est namque circumdatum scismaticis, hereticis et paganis, ac eorum incursibus frequenter invasum, numerositas populorum in ipso quodammodo ad pusillum gregem redacta, sedent quasi sola in eo nonnulle civitates et loca, que olim populis erant plena, pluribus interemptis et multis in captionem deductis. Hec dum mente revolvimus et oculis magne compassionis aspicimus, movemur ad lacrimas, ad querenda remedia stimulamur, et surgere cogimur ad providendum, quod sepedictum Regnum habeat bonum statum, maxime ut in fide Catholica et Apostolice Sedis reverentia perseveret. Et inter cetera, que nostris obtutibus occurrerunt, providimus habere personam, per cuius ministerium et sollicitudinis studium ad nostram et Sedis eiusdem deducantur noticiam Regni eiusdem conditiones, et status, et qualitas maiorum, mediocrum et parvorum residentium in eodem, cuiuscumque eminentie, ordinis et conditionis existant, ut mala, quanto fuerint notiora, tanto possimus efficatius evitare, bonis addere fulcimentum, et eadem amplius promovere; et aspicientes in illum, qui perpetua mundum ratione gubernat, terrarum celique sator, qui tempus ab evo ire iubet, stabilisque manens dat cuncta moveri, secundum ordinatissimam dispositionem temporum solus novit exhibere congruentem humano generi medicinam; presentium temporum qualitate et sepedicti Regni diversis circumstantiis in lancem mature considerationis adductis, expediens fore videmus, quod Stri-

goniensis Ecclesia, que sue nunc viduitatis dampna deplorat, gubernatorem habeat et rectorem, per quem sibi spiritualiter et temporaliter provideatur salubriter, ac Regnum ipsum dirigatur in melius et in fide ac devotione sedis memorate servetur. Adeoque, ut habet fidedigna relatio, tu, qui in Albensis Ecclesie Vesprimiensis Diocesis Prepositum primo, et subsequenter in Archiepiscopum Strigoniensem electus fuisti, idoneus reputaris, utpote vir scientia preditus, generis nobilitate preclarus, potens in consanguineis et amicis, et in agendis expertus, qui Divina tibi gratia, nostroque presidio assistentibus, prout creditur et speratur, Ecclesiam ipsam Strigoniensem defendere poteris, et alias non solum eius Strigoniensis, et aliarum Ecclesiarum, sed totius Regni utilia efficaciter promovere. Unde attendentes, quod si huiusmodi electionum fratrum de te, quibus aliqui se opposuisse noscuntur, prosecutio curreret suo marte ac ordinario modo procederet, posset diutius perdurare cum ipsarum Ecclesiarum dampno, ac etiam dicti Regni, propter urgentem necessitatem, et evidentem utilitatem ipsorum, prosecutionem eandem duximus suspendendam absque preiudicio partium usque ad beneplacitum dicte Sedis; ita quod per suspensionem huiusmodi nichil accrescat partibus vel decrescat: interim autem, ne super dictis electionibus prosecutione suspensa, tam Strigoniensis quam Albensis Ecclesie supradicte gubernatore legitimo careant, te ex officio nostro et Apostolice plenitudine potestatis, in spiritualibus et temporalibus Procuratorem dicte Strigoniensis Ecclesie usque ad dicte Sedis beneplacitum ordinamus, tibi administrationem tam eius, quam dicte Albensis Ecclesiarum generalem et liberam in spiritualibus et temporalibus committentes, nec non concedentes auctoritatem, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, spiritualiter liter et temporaliter, appellatione postposita, compescendi; ita tamen, quod de bonis immobilibus earundem Ecclesiarum nichil penitus alienes, nec etiam de paramentis et libris, aut aliis rebus seu bonis mobilibus Deo dicatis seu Diuinis usibus deputatis; et si secus feceris, illud decernimus irritum et inane; non obstantibus appellationibus a quibusvis personis quorumcumque tenorum ex quibuscumque causis contra ipsarum electionum formam, vel tuam aut eligentium te personas emissis,

nec non prosecutionibus et processibus habitis super eis, aut si aliquibus cuiuscumque eminentie, ordinis, conditionis et status ecclesiastici vel mundani, etiam si Imperiali aut Regali dignitate prefulgeant, a prefata Sede indultum existat, quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi vel eorum personis, locis aut ordinibus mentionem, seu qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, sub quacunque forma vel conceptione verborum ab eadem Sede concessa, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam, earum effectus impediri valeat vel differri, et de quibus quorumve totis tenoribus de verbo ad verbum certa, specialis, plena, determinata et expressa in nostris litteris mentio sit habenda. Datum Laterani V. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

In e. m. dilectis filiis Capitulo Ecclesie Strigoniensis. Preteritorum exhibitio etc. ut in precedenti proxima verbis competenter mutatis, usque esset habenda. Quocirca universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Gregorio tanquam Procuratori dicte Strigoniensis Ecclesie a nobis, ut predicitur, ordinato, quamdiu procurationem et administrationem ipsius gesserit, humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote, ac efficaciter adimplere curetis : alioquin sententiam, quam idem G. rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Datum Laterani V. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

In e. m. Clero Civitatis et Diocesis Strigoniensis.

In e. m. dilectis filiis populo Civitatis et Diocesis Strigoniensis. Preteritorum exhibitio etc. ut in precedenti usque mentio sit habenda. Quocirca universitati vestre per Apostolica scripta mandamus quantenus eundem G. tanquam Procuratorem dicte Strigoniensis Ecclesie a nobis, ut predicitur, ordinatum, quamdiu procurationem et administrationem ipsius gesserit, recipientes devote et devota honorificentia prosequentes, ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis.

Datum Laterani V. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

In e. m. dilectis filiis vasallis Ecclesie Strigoniensis. Preteritorum exhibitio etc. ut supra usque mentio sit habenda. Quocirca universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem G. tanquam Procuratorem eiusdem Strigoniensis Ecelesie a nobis, ut predicitur, ordinatum debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, nec non debita et consueta servitia et iura eiusdem a vobis debita exhibere integre studeatis : alioquin sententiam sive penam, quas idem G. rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratas habebimus, et faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Laterani V. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

In e. m. venerabilibus fratribus Suffraganeis Ecclesie Strigoniensis. Preteritorum exhibitio etc. ut supra usque sit habenda. Quocirca fraternituti vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus, eidem G. tanquam Procuratori dicte Strigoniensis Ecclesie a nobis, ut predicitur, ordinato, quamdiu procurationem et administrationem ipsius gesserit, obsequentes, et exhibentes ei obedientiam et revereetiam debitam et devotam, ipsius salubribus monitis et mandatis efficaciter intendatis; ita quod mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus, et nos devotionem vestram possimus propterea in Domino non immerito commendare. Alioquin sententiam, quam idem G. rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Laterani V. kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

In e. m. dilectis filiis Capitulo Ecclesie Albensis Vesprimiensis Diocesis. Preteritorum exhibitio etc. ut supra usque esset habenda. Quocirca universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem G. tanquam administratori eiusdem Albensis Ecclesie a nobis, ut predicitur, ordinato, quamdiu administrationem huiusmodi gesserit, humiliter intendentes, et exhibentes ei tanquam eiusdem Ecclesie Albensis Preposito obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote ac efficaciter adimplere curetis : alioquin sententiam, quam idem

G. rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Laterani V. kalendas Februarii. Pontificatus nostri anno quinto.

(VIII. Bonifácz pápa Regestáiból Theiner Monumenta stb. I. köt. 382. l. Rövid töredékét közölte Fejér Cod. Dipl. VI. köt. 2. r. 223. l.)

141.

A pécsi püspök bizonyságlevele, János Imbur fiának óvásáról Gylet, Gylet fiai ellen. 1299.

Nos P. Diuina miseracione Episcopus Quinqueecclesiensis memorie commendamus, quod Johannes filius Imbur de Posega ad nostram accedendo presenciam per modum protestacionis dixit et dicendo protestatus est, quod Magister Gyletus filius Gyleti ipsum de possessionibus suis effugisset, ac possessiones suas destruxisset, et citari faceret eundem in facie possessionum earundem, ad cuius citacionis seriem exequendam ob metum eiusdem Magistri Gylethi accedere formidaret, et quod unum fratrem ipsius occidi et servientem suum vulnerare fecerit in ipsius preiudicium et iacturam. Datum Quinqueecclesiis in octavis Epiphanie Domini anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

(Az eredeti után.)

142.

Az erdélyi káptalan bizonyságot tesz, hogy Mykud bán Jobastelke nevü helységet eladta. 1299.

(Capitulum) Beati Michaelis Archangeli Transsiluane omnibus Christi fidelibus presentem — — salutem in uero saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium — — serie uolumus peruenire litterarum, quod Johannes filius Dauid et My — — ad nostram accedentes presenciam, litteras Mikud Bani viri nobilis — — erunt nobis in hec uerba :

Viris discretis stb. (következik Mykud bánnak 1297-ki okmánya, mint fentebb 118. sz. a.)

Petentes et rogantes, vt prefatas litteras nostro priuilegio dignaremur confirmare. Vnde quia íustis petencium desiderijs sumopere tenemur occurrere, et quia eciam ipsorum peticiones considerauimus fore iustas, honestas atque admittendas, dictas litteras non cancellatas, non viciatas, non in aliqua sui parte defuscatas, nostro priuilegio presenti duximus confirmari. Datum sexta feria proxima ante Dominicam Letare, anno Domini M°. CC° nonagesimo nono. Stephano Preposito, Gregorio Cantore, Paulo Custode, Johanne Decano Ecclesie nostre existentibus.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 208. l.)

143.

Péter erdélyi püspök és Lázár kolosmonostori apát közti birtok csere. 1299.

In rerum Ecclesiasticarum agendis, semper meliora prospiciuntur et vtiliora attenduntur, ad hoc, vt Dei Ecclesia in suo statu tuta permaneat, et in suis bonis sit tranquilla. Pro eo, nos Petrus Dei gracia Episcopus Transsilvanie commodum et utilitatem nostri Episcopatus, studio sollerciori attendentes, ut populi Episcopatus nostri de Klusuar, de Fenes, et aliarum villarum nostrarum circumiacencium, commodius et quiecius uti ualeaut, liberius ac largius, in suis bonis nobis servire possint, propter hoc diligenti deliberacione premissa cum viro religioso fratre Lazaro, Abbate Monasterij gloriosissime Virginis Marie de Klus, contractum permutacionis de quibusdam terris Leske et Szentgyurg uocatis inter possessiones nostras iacentibus duximus celebrandum; in quarum terrarum concambium quasdam villas nostras Nadasd et Bugartheluke vocatas, villis et terris monasterij predicti commetaneas, ab alijs terris nostris et possessionibus, certis metis et terminis separatas et distinctas, Abbati et per eum monasterio predicto, damus et assignamus, ac per cartam presentem, ipsum fratrem Lazarum, tanquam Abbatem et legitimum eiusdem monasterij Administratorem verum dominum et legitimum constituimus possessorem earundem. Promittendo eidem, ut si ullo unquam tempore idem dominus Abbas uel eius successores, in terris per nos datis, in toto inpeterentur uel in parte, nos et nostri successores tenebimur semper ipsum dominum Abbatem et Monasterium in possessione quieta conseruare, et si hoc facere non attenderemus nec possemus, tunc terre memorate nobis in concambium assignate, ad ius et proprietatem Monasterij sine ali-aliqua redeant questione. Promittimus insuper, ut Abbas nunc existens et futuri Abbates, si quando voluerint, et lignis pro

edificijs in claustro faciendis, vel pro reficiendo Monasterio ac domorum in claustro existencium indiguerint, liberam habeant facultatem, incidendi ligna in sylua Leske, et exportandi sine aliquo impedimento quociescunque voluerint. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, hanc cartam, seriem permutacionis continentem, sigillo nostro, Abbati et Monasterio sepefato damus et tradimus consignatam. Datum in Klusuar in festo Exaltacionis Sancte Crucis, anno Domini M°. CC°. nonagesimo nono.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 210. l.)

144.

László erdélyi vajda ennek folytán kiadott iktatási parancsa. 1299.

Amicis suis reverendis honorabili Capitulo Ecclesie Transsiluane Ladizlaus Woyuoda Transsiluanus et Comes de Zonuk amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis religiosus vir frater Lazarus Abbas de Colusmonustra, quod ipse, in dominium cuiusdam possessionis sue Bogartelke vocate in Comitatu de Clus existentis, per venerabilem in Christo patrem dominum Petrum Episcopum, dominum et Prelatum vestrum in forma composicionis in concambium possessionis Sendgyurgh et silue Leske vocatarum sibi et suo Monasterio perpetualiter date, legitime vellet introire, si contradiccio cuiuspiam sibi non obviaret in hac parte. Super quo vestram amiciciam presentibus requirimus reuerenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Nycolaus vel Johannes nobiles de Mera, aut Magister Nycolaus Chol dictus de Zenthmyheltek alijs absentibus homo noster, presentibus vicinis et commetaneis predicte

possessionis Bagartelk vocate legitime inibi conuocatis, ad faciem eiusdem accedendo reambulet per veras suas metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessarijs erigendo, reambulataque, et ab aliorum possessionariis juribus legitime separatam et distinctam, statuat eandem eidem Lazaro Abbati et suo Monasterio eo jure, quo ex causis premissis ipsis dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si per aliquos non fuerit contradictum, contradictores vero siqui fuerint, citet ipsos contra prenotatum Lazarum Abbatem in nostram presenciam ad terminum competentem rationem contradicionis ipsorum reddituros. Et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis ac metarum nouarum erecionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, siqui extiterint terminoque assignato in vestris litteris nobis amicabiliter rescribatis. Datum in villa cruciferorum prope Tordensem ciuitatem in festo Beati Michaelis Archangeli, anno Domini millesimo CC°. LXXXX°. nono.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 211. l.)

145.

Az erdélyi káptalunnak ennek folytán tett jelentése. 1299.

Magnifico viro et honesto Ladizlao Waynode Transsiluano et Cǫmiti de Zonuk amico eorum honorando, Capitulum Ecclesie Transsiluane debite amicicie et honoris continuum incrementum. Literas vestre magnitudinis noueritis nos recepisse in hec verba.

Amicis suis stb. (következik László vajda iktatási parancsa, mint 143. sz. a.)

Nos enim peticionibus vestre Magnitudinis iustis ac legitimis annuentes, cum prefato Nycolao de Mera vestro homine vnum ex nobis, videlicet magistrum Mychaelem socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda transmisimus pro testimonio fide dignum, qui demum ad nos reversi concorditer nobis retulerunt, quod ipsi in festo Omnium Sanctorum, nunc proxime preterito, ad faciem iam dicte possessionis dicti Abbatis Bogartelk vocate vicinorem et commetaneorum eiusdem legittimis conuocacionibus factis et presentibus pariter accedendo ex bona voluntate et permissione dicti venerabilis in Christo patris, domini Petri Episcopi domini et Prelati nostri, eundem religiosum virum dominum Lazarum Abbatem et dominum annotate possessionis Bogartelk vocate introducendo reambulassent ipsamque per veras suas metas et antiquas, nouas iuxta veteres in locis necessarijs erigendo reambulatamque et ab aliorum possessionarijs juribus legittime separatam et distinctam cum omnibus suis utilitatibus ad dictam possessionem spectantibus, sub metis infra declarandis statuissent eandem eidem Lazaro Abbati et suo monastrerio eo jure, quo ex causis premissis ipsis dinosceretur pertinere perpetuo possidendam. Mete autem predicte possessionis Bogartelk quibus a vicinarijs possessionibus distinguitur et separatur, prout ijdem vester et noster homines nobis recitarunt, hoc ordine procedunt. Prima enim

meta incipit ex plaga occidentali in vno *byrch* Kapus nominato, vbi conuicinatur cum possessioue eiusdem domini Abbatis Egeres vocata, in quo quidem Kapus Byrch vnam metam terream reperiendo aliam nouam metam penes eandem erexissent; abhinc progreditur versus plagam meridionalem descendendo ad vallem magnam, vbi duo riuuli Makobijkepataka alio nomine Darochpatak et Inaktelkpataka invicem cadunt, vbi eadem possessio Bogartelke commetanearetur cum possessionibus Inaktelke nobilium de Wasarhel, et Mako Episcopalem; deinde per cursum sev meatum eiusdem riuuli transeundo ad bonum spacium, vbi idem riuulus cadit ad fluuium Nadus, abinde per ipsum fluuium Nadas versus plagam meridionalem tendendo ad magnum spacium usque Makotew, vbi sub quodam monte magno prope portum ipsius fluuij Nadas, qui scilicet scinderet ipsam possessionem Abbatis et possessionem Mako antedictam, duas metas terreas, quarum vna a parte orientis possessioni Tyre vocate Episcopali separantes erexissent; deinde versus plagam orientalem progrediendo directo scandit ad ipsum montem magnum, sub quo dicte due mete essent erecte, in cuius summitate in vno *byrch* duas metas terreas quarum vna ex plaga occidentali iam dicte possessioni Bogartelke ipsius Abbatis et alia a plaga orientali prefata possessioni episcopali Tyre separantes erexissent; abhinc per eandem plagam descendendo de ipso monte saliendo vnam viam magnam euntem de ipsa possessione Bogartelke ad predictam possessionem Tyre super vnum rotundum montem Holum appellatum similiter duas metas, quarum vna prefate possessioni Bogartelk, alia vero possessioni Tyre antedicte distinguentes erexissent. Adhuc vlterius versus plagam septentrionalem procedendo in vno *byrch* siluoso duas metas terreas de nouo cumulassent separantes inter possessiones prenotatas; abhinc in eodem *byrch* siluoso versus plagam aquilonis progrediendo iungit vnam metam terream magnam perforatam de nouo effossam; adhuc per eandem plagam transeundo in quodam *byrch* siluoso circa quandam viam venitur ad duas metas antiquas, quarum vna possessionibus ipsius Abbatis, Egeres et Hontelke nuncupatis, alia vero possessioni Episcopali Tyre separantes reperissent, penes quas terciam metam pro pre-

dicta possessione Bogartelk distinguentem erexissent. Et sic terminantur mete possessionis Bogartelke prenotate, legitimis diebus ibidem expectantibus nemine contradictore apparente. Datum in festo Beate Katharine virginis et martyris, anno prenotato (millesimo CC°. LXXXX°. nono).

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. k. 214. l.)

146.

A győri káptalan bizonyságlevele, hogy a vásvári káptalan és Herbord gróf az Osl nemzetségből Ilmeuch birtokára vonatkozó egyenetlenségöket barátságos úton kiegyenlítették. 1299.

Nos Capitulum Jauriensis Ecclesie damus pro memoria, quod discretus vir magister Nicolaus, Prepositus Castri Ferrei, tam pro se, quam pro Capitulo Ecclesie sue ab una parte; nobilis vir magister Herbordus filius Comitis Herbordi de genere Osl ex altera, coram nobis personaliter constituti, super causa, quam idem dominus Prepositus contra eundem magistrum Herbordum in quindenis. Pentecostes mouebat seu mouere intendebat coram domino Rege, per amicabilem composicionem proborum et nobilium virorum, uidelicet magistrum Carachyni Prepositi Ecclesie nostre, Dominicij Prepositi Ecclesie Beati Adalberti de Jaurino, Angeli Custodis Ecclesie nostre, et Emerici Archidiaconi Musuniensis; item magistri Osl filij Osl Bani, Comitis Dionysij filii Bartholomei de Vezeken, Dionisij filii Gazmani de Gyrmolth, super facto possessionis Ilmeuch uocate iu Comitatu Supruniensi existentis, quos probos viros partes communiter adduxerant, in huiusmodi concordiam seu composicionis formam se deuenisse retulerunt: Quod ne inter partes ulterius contencio moueatur in dicta possessione Ilmeuch talem diuisionem inter se partes fecerint, per quamdam viam, que ab oriente — — —

Ecclesie Beati Martini in eadem Ilmeuch constructe distenditur usque ad latus curie Philippi de eadem Ilmeuch, (et) separat partem dicti domini Prepositi ab aquilone, et porcionem Herbordi a meridie; deinde cum per eandem directam viam deberet veniri ad portum arundineti per aquas Ferteu distincti de eadem villa Ilmeuch, a parte Ferteu due mansiones cesserunt Preposito sepe dicto ab aquilone, terciam autem mansionem, eisdem duabus mensionibus a meridie contiguam et vicinam, reliquerunt eo modo; quod si ipsam dominus Prepositus in eadem villa Ilmeüch cum honestate sue dignitatis nomine Ecclesie sue recipere voluerit, erit sua; et si sua fuerit, super eadem mansione; alioquin super alia mansione, ut premisimus, erigetur meta, et per eandem metam intrabit in arundinetum seu paludem; et circumscripcione illius mete uadit versus occidentem equa diuisione ad piscinam Homfeu uocatam, et cum illuc peruenerit, ipsam piscinam Homfeu ad ius Prepositi separant arundines a piscina Buur, que est piscina dicti magistri Herbordi; et abhinc diuisio huiusmodi in aquis protenditur usque ad Ferteu magnum, porcionibus videlicet Prepositi ab aquilone, et magistri Herbordi a meridie semper remanentibus. Item Patronatum Ecclesie Beati Martini superius dicte cum ambitu cimiterij sibi communiter reseruarunt. Item quamdam piscinam Zyktou vocatam, que est iuxta predictam Ecclesiam, et a meridie tendit uersus aquilonem, in duas equales partes communiter diuiserunt; ita, quod pars Prepositi cessit sibi a parte ville et terre sue ab aquilone, porcio vero magistri Herbordi remansit similiter ex parte ville sue a meridie. Item cum terminus ipsius piscine in pura aqua uenerit ad terras arabiles, qui terminus ab aquilone tendit uersus orientem, hoc ita ordinauerunt, quod erectis metis usque dum predicta possessio protenditur ab aquilone, pars seu ius Prepositi; a meridie vero dicti magistri Herbordi pacifice remanebunt. Nec hoc pretermittimus, quod partes propter maioris certitudinis cautelam taliter se invicem obligauerunt; quod si qua earum parcium presentem composicionem non tolerauerit, et ad feriam sextam post festum Apostolorum Petri et Pauli unum ex nobis pro testimonio ad uidendam et ratificandam diuisionem ducere non curauerint, sicut ydem partes

sponte assumpserunt, et in quocunque articulo refricatum fuerit, in premissis pars, que predictam composicionem contempserit, sine strepitu judicij amittet in prefata Ilmeuch possessione, in terris et in aquis, suam possessionem. — — — — — — —

(Eredetie a Nemz. Muzeum kézirati gyűjteményében.)

147.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Károly gróf Sándornak fia, testvére Domonkos megöletése tárgyában Péterrel Márton fiával és Petussal Zoerard mester fiával, egyszersmind rokonaik nevében is, barátságosan egyezkedtek. 1299.

A. B. C. D.

Vniuersis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in salutis auctore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis Comite Karulo filio Alexandri pro se et pro filio suo, ac pro omnibus cognatis et amicis suis ab una parte; Petro uero filio Martini pro se et pro Petus, filio magistri Zoerardi, et pro omnibus cognatis, amicis, et seruientibus suis ab altera; idem Comes Karulus est confessus viua uoce, quod licet mota fuerit materia questionis inter ipsos super morte Dominici, fratris eiusdem Karuli, illata per Petrum, et per patrem suum Comitem Martinum, et magistrum Zoerardum, ac per alios cognatos, amicos et seruientes eorundem; ad ultimum tamen mediantibus, probis viris, videlicet nobili uiro Comite Iruzlao Curiali Comite Posoniensi, Jacobo Magno et Petro fatre (így) eiusdem, Farcasio et Petro de Ouga, ac Ladislao filio Stephani, in talem pacis concordiam deuenissent: Quod predictus Petrus et Petus debeant soluere predicto Karulo sexa-

ginta marcas pro morte prefati Dominici fratris sui, quas quidem sexaginta marcas ijdem Petrus, et Petus soluerunt plenarie Karulo supradicto coram nobis personaliter comparenti; et sic idem Karulus, tam de se ipso et filio suo, quam ab omnibus cognatis et amicis suis de morte Dominici fratris sui eosdem Petrum et Petus, cognatos, amicos et seruientes eorum vniuersos, reddidit penitus expeditos. Obligando, quod de cetero, nec ipse Karulus aut filius eius, nec cognati sui racione predicte mortis contra Petrum et Petus, aut ipsorum posteritates ullo unquam tempore mouere poterunt questionem; si quis uero mouere questionem uoluerit, tenetur ipse Karulus cum filio suo, cognatis, et amicis suis vniuersis, ipsos Petrum et Petus expedire proprijs suis laboribus et expensis. Hijs ita finitis atque peractis, omnes possessiones ipsorum Petri et Petus, cum molendino, et omnibus utilitatibus suis, idem Karulus reddidit et restituit iisdem ex integro, Verekne, et Nir vocatas; aduertendo, quod ipse Comes Karulus litteras, quas habuit super premissis articulis emanatas, restituit eisdem Petro et Petus; et insuper prestitit sacramentum, quod non haberet litteras Regales super occupacione possessionum eorundem, nec litteras Capituli, nec Palatinales, nec judiciales, nec Comitum; et eciam si aliquas litteras reinuenire posset, redderet eisdem; si uero reinuenire non posset, omnes ille littere de cetero essent inanes, et penitus uiribus vacuate; et specialiter et nominatim molendino eorundem Petri et Petus super aquam Nir, quod ipsum (?) eisdem idem Comes Karulus restituit pleno iure. In cuius rei memoriam presentes nostras concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas, anno Domini M. CC. nonagesimo nono.

(Hártya. A még ép pecsét fehér zsinegen függ. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 20. Nro 4. *Knauz.*)

148.

A pozsonyi káptalan bizonyságlevele, hogy Corchai István Heet helység földesurával és lakosaival bizonyos bántalmakra nézve, melyekkel ezek őt illették, barátságosan egyezkedett. 1299.

Nos Capitulum Posoniensis Ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis personaliter coram nobis Ditrico villico de Heet, Vreh, et Hanreh dicto Selbher, et Comite Jacobo Domino eiusdem ville Heeth ab vna parte, Stephano de Corcha ab altera; idem Stephanus est confessus viva voce, quod licet mota fuerit materia questionis inter ipsos pro uulneribus et iniuriis ipsi Stephano illatis per predictos populos de Heeth, et diu altercati fuissent, ad vltimum tamen mediantibus probis viris taliter concordassent: Quod prefati populi de Heet deberent soluere eidem Stephano pro uulneribus suis et iniuriis sibi illatis octo marcas, quas quidem octo marcas idem Stephanus a predictis populis de Heeth confessus est se recepisse plenarie, et habere, et sic dictum villicum, Vreh, Hanreh, Selbher et totam villam Heeth, ac Jacobum Comitem dominum eiusdem ville Heeth, prefatus Stephanus de uulneribus et omnibus iniuriis sibi illatis reddidit penitus expeditos; obligando se, quod quicunque processu temporum sepedictos populos de Heeth, aut Jacobum Comitem Dominum eorundem, racione premissorum articulorum vellet impetere vel vexare, extunc idem Stephanus de Corcha teneretur eos expedire propriis laboribus et expensis. Datum anno Domini M. CC. LXXXXIX°, secunda die octauarum Natiuitatis Domini nostri Jesu Christi.

(Az eredeti után.)

149.

A Losoncz földéből különszakasztott öt birtokrész iránt perlekedők, ez örökségi jogon megitélt öt birtokrészt a váczi káptalan előtt Biter fiainak engedik és határait kijelölik. 1299.

Capitulum Ecclesie Waciensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in Domino sempiternam. Vniuersorum tenore presencium harum serie declaramus, quod Comes Hermanus filius Heym, officialis Nicolay et Johannis filiorum Comitis Byter, cum litteris nostris procuratoriis pro eisdem dominis suis ab vna parte, et Demetrius filius Farkasij pro se et pro Mochk fratre suo, ac pro Petro et Nicolao filijs Perse, fratribus suis patruelibus, nec non Georgius filius Perse pro se similiter cum litteris nostris procuratoriis ex altera, coram nobis personaliter constituti, relatum exstitit concorditer per eosdem; quod cum super quinque partibus seu porcionibus terre de terra Tema, quas quinque porciones terrarum dictus Comes Hermanus nomine filiorum Comitis Byter dominorum suorum de terra Lusunch extractas esse dixit, et Lusunch appellari, grauis materia iurgiorum seu licium exorta fuisset inter ipsos, et multis temporum curriculis ventilata, super quibus quinque porcionibus in octauis Beati Georgij martiris predicti filij Comitis Byter coram nobis, et prefati filij Farkasij et filij Perse coram Capitulo Agriensi nomine possessionum suarum hereditariarum contra inuicem testes produxerunt, et facta produccione testium mencionate pecierunt coram Comite Stephano Vice-Judice Curie domini Regis comparentes, de permissione eiusdem Judicis per arbitrium proborum virorum super facto ipsarum quinque porcionum terre, taliter concordatum extitisset inter partes, sicut eciam id in litteris ipsius Comitis Stephani Vice-Judicis Curie domini Regis super ipso facto emanatis expresse uidimus contineri: Quod si dicti Nicolaus et Johannes filij Comitis Byter, cum Dyonisio Magno

filio Gyurk, et altero Dyonisio filio Tiburcij de Palasth, in quorum iuramento idem Demetrius filius Farkasij pro se et fratribus suis predictis factum dictarum quinque porcionum terre predicte sponte submisit decidendum, presentibus Gyurk filio Stephani de Zalathna, quem idem filij Comitis Byter adducent, et Andrea filio Arwa, quem filij Farkasij; et filij Perse adducere tenebuntur, hominibus domini Regis, et duobus testimonijs nostris, quos adducent ambe partes, feria sexta proxima post octauas Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste, accedendo super faciem ipsarum quinque porcionum terre contenciose de terra Tema, ijdem filij Comitis Byter duo, et duo coniuratores ipsorum prenominati, sicut moris est iurare super terra, recipiendo terram ad manus et ponendo super capita sua, iurare presumpserint super eo: quod eedem quinque terre contenciose sint et fuerint de hereditario iure eorundem, sicut in prefatis litteris ipsius Comitis Stephani id plenius contineri uidimus; ipso die iuramenti adueniente partibus super facie ipsarum quinque porcionum terre constitutis, formam iuramenti filiorum Comitis Byter predictorum taliter extitisse ordinatum (igy), sicut Beke et Laurencius, clerici chori, nostri homines, nec non per partes pro testimonio illuc adducti, et homines domini Regis predicti nobis concorditer retulerunt; vt reuocato ipso iuramento filiorum Comitis Byter ijdem filij Comitis Byter assumpserunt soluere pro relaxacione iuramenti ipsorum predictis filijs Farkasij, et filijs Perse nouem marcas, partim in argento et partim in estimacione condigna, in duobus terminis, videlicet quatuor marcas et dimidiam in octauis Sancti Jacobi, residuas autem quatuor marcas et dimidiam in festo Sancti Regis subsequenti; qua pecunie quantitate persoluta, ijdem filij Farkasij et filij Perse nostrum priuilegium super perpetuacione ipsarum quinque porcionum terre dari facere tenerentur filijs Comitis Byter antedictis, sicut id in litteris nostris conposicionalibus prioribus exinde confectis contineri uidimus manifeste. Igitur ipsis nouem marcis modo prehabito in prefatis terminis per Comitem Hermanum predictum, officialem filiorum Comitis Byter pro eisdem dominis suis, ipsis filijs Farkasij et filijs Perse plene coram nobis persolutis, Demetrius filius Farkasij supradictus tam pro se, pro Moche fratre

suo, quam eciam pro Petro et Nicolao filijs Perse, cum eisdem litteris nostris procuratoriis, et Georgius filius Perse per se coram nobis personaliter constituti, suo et aliorum predictorum fratrum suorum nomine, prefatas quinque porciones terre de Tema, quas porciones dictus Comes Hermanus, officialis dictorum filiorum Comitis Byter, nomine terre dominorum suorum Lusunch appellari dixit, reliquerunt et dimiserunt ipsis filijs Comitis Byter et ipsorum heredibus coram nobis, tanquam ius hereditarium eorumdem perpetuo pacifice possidendas. Mete autem ipsarum quinque porcionum terre, secundum quod a terra Comitis Andree filij Alexandri separant, prout partes, eodem Andrea presente, retulerunt, hoc ordine distinguntur: Prima enim meta est iuxta fluuium Zalathna a parte orientali posita; abhinc vadit per terras arabiles uersus meridiem, et peruenit ad duas metas, que sunt in terra arabili; deinde parum uergendo in eadem terra arabili est vna meta; et inde uadit per *berch* cuiusdam montis, ubi circa magnam viam sunt due mete; abhinc transeundo quoddam nemus fructiferum, sunt prope illud nemus due mete; deinde uadit similiter per eundem nemus, et peruenit ad duas metas; inde descendendo ad nemus, quod est iuxta aquam Lusunch, in eodem nemore sunt due mete; de quo nemore exeundo cadit ad ipsam aquam Lusunch, quam transit directe uersus meridiem, et ibidem in portu iuxta ipsam aquam Lusunch sunt due mete terree; abhinc uergit per pratum, et peruenit ad duas metas in eodem prato sitas; deinde per idem pratum procedendo peruenit ad duas metas, que sunt iuxta Holuchtugar, et saliendo ipsum Holuchtugar in eodem prato sunt due mete; abhinc vadit in eodem prato, et peruenit ad duas metas; et inde procedendo venit ad duas metas, que sunt in fine terre arabilis; abhinc pergendo transit vnam viam, et uadit per terras arabiles, et in fine terrarum arabilium iuxta magnam viam sunt due mete; abhinc saliendo ipsam viam, uadit per terram Parlag, et in fine ipsius terre Parlag sunt due mete; abhinc declinat uersus occidentem, et peruenit ad maximam metam, que distingit a Petro, et ibi terminatur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Herici Lectoris Ecclesie no-

stre, anno Domini M^{0}. CC^{0}. nonagesimo nono. Magistro Dominico Preposito, magistro Dominico Cantore, magistro Chepano Custode, Oliuerio Waciensi, Nicolao Pestiensi, Augustino de Zyguetfeu, Nicolao Chengradiensi, Geubulyno de Zonuk Archidiaconis, ceterisque quampluribus Canonicis in Ecclesia Beate Virginis Deo humiliter famulantibus et deuote.

A B C.

Jegyzet. Szép bőrhártyára írott metszett levél, melynek alúl fölhajtott hártya hasadékaiból sárga sodrott selyemről függött pecséte eltűnt. A kékkői levéltárban : Fasc. 1. Nro. 9. *Érdy.*

150.

Az esküttársak a különszakasztott öt birtokrész helyszinén, földet tevén szokás szerint fejökre, esküdjenek meg, hogy azon öt birtokrész örökségi jogon Biter fiait illeti. 1299. jun. 21.

Damus pro memoria, quod cum secundum continenciam priorum litterarum nostrarum filij Comitis Byter, pro quibus Comes Hermanus filius Heym officialis eorum cum procuratorijs litteris Capituli Vaciensis comparuit in octauis Beati Georgij Martiris, contra Demetrium filium Farcasij, Mock fratrem suum, Petrum, Nicolaum ac Georgium filios Perse, ex quibus et pro quibus predictus Demetrius filius Farcasij similiter cum procuratorijs litteris eiusdem Capituli Vaciensis astitit, testes produxissent super eo, quod quinque partes seu porciones terre Thema, quam ijdem filij Comitis Byter, dicunt esse terram ipsorum hereditariam; et e conuerso ijdem Demetrius, Mock, Petrus, Nicolaus ac Georgius asserunt esse, et fuisse similiter terram eorum hereditariam, contra inuicem testes produxissent; et facta produccione testium, partibus in octauis presentibus coram nobis comparentibus ex nostra permissione per arbitrium proborum virorum relatum fuit, in

facto terre quinque porcionum de terra Tema taliter concordasse, quod feria sexta proxima post octauas Natiuitatis Beati Johannis Baptiste hoc anno, Nycolaus et Johannes filij Comitis Byter, vna cum Dyonisio Magno filio Jurk, et altero Dyonisio filio Tyburchij de Palasth, in quorum juramento idem Demetrius filius Farcasij pro se et fratribus suis predictis factum dictarum quinque porcionum terre predicte sponte submisit decidendum, presentibus Jurk filio Stephani de Zalathna, quem ijdem filij Comitis Byter adducent, et Andrea filio Araw, quem filij Farcasij et filij Perse, partes actores, adducent, hominibus domini Regis duobus, et testimonijs Capituli Vaciensis, quos adducent ambe partes, accedent partes super facie(m) dictarum quinque porcionum filiorum Farcasij et filiorum Perse contenciosarum, et ijdem filij Comitis Byter duo, et duo nominati predicti, sicut moris est iurare super terram, recipiendo terram ad manus, et ponendo super capita sua, iurabunt super eo, quod eedem quinque porciones terre contenciose sint et fuerint de hereditario iure filiorum Byter predictorum, et post hec partes in octauis Beati Jacoby Apostoli comparebunt coram nobis tocius facti seriem in litteris dicti Capituli Vaciensis reportantes. Datum Bude septimo die octauarum Pentecostes, anno Domini M°. CC°. nonagesimo nono.

Jegyzet. Bőrhártyán kelt zárt levél pecsétének csekély maradványaival. Hátirata ez : pro filijs Comitis Byter contra filios Farcasij et filios Perse, ad Capitulum Vaciense, ad faciem terre Thema ad feriam sextam post octauas Beati Johannis Baptiste et ad Judicem ad octavas Beati Jacobii Apostoli. A kékkői levéltárban : Fasc. 1. Nro. 10. *Érdy.*

151.

A váczi káptalan jelenti, hogy a különszakasztott öt birtokrész iránt leteendő esküttől a perlekedő felek egyeség szerint elállottak. 1299. jul. 11.

Nos Capitulum Ecclesie Waciensis damus pro memoria; quod cum secundum formam litterarum Comitis Stephani Vice-Judicis Curie domini Regis, Nicolaus et Johannes filij Comitis Byter, vna cum Dyonisio Magno filio Jurk, et altero Dyonisio filio Tiburcij de Palasth, presentibus Jurk filio Stephani de Zalathna, quem filij predicti Comitis Byter adducent, et Andrea filio Arwa, quem Demetrius filius Farkasij, et Mochk frater suus, Petrus, Nicolaus et Georgius filij Perse adducere debebant, coram duobus nostris testimonijs, per partes adductis, feria sexta proxima post octauas Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste contra predictos filios Farkasij et filios Perse super quinque partibus seu porcionibus terre de terra Tema, nomine iuris ipsorum hereditarij iurare, sicut mos est iurare super terra, recipiendo terram ad manus et ponendo super capita sua, debuissent, ipso termino adueniente, partibus super facie ipsius quinque porcionibus terre de Tema conparentibus, sicut ijdem homines domini Regis, Beke et Laurencius clerici chori nostri per partes adducti, ad nos reuersi, presentibus Hermanno filio Heym, officiali dictorum filiorum Comitis Byter, pro eisdem dominis suis cum procuratoriis litteris nostris, et Demetrio filio Farkasij tam pro se, quam pro Mochk fratre suo, Petro, Nicolao et Georgio filijs Perse, similiter cum litteris nostris procuratoriis, nobis dixerunt, quod super ipso iuramento taliter concordassent: vt pretermisso iuramento dictorum filiorum Comitis Byter, ijdem filij Comitis Byter, Nicolaus scilicet et Johannes, assumpserunt soluere dictis filijs Farkasij, et filijs Perse, ex quibus et pro quibus dictus Demetrius conparuit, ut premissum, pro ipsis quinque porcionibus terre de Tema nouem

marcas partim in argento communi, partim in estimacione nobili seu condigna, in duobus terminis coram nobis; videlicet quatuor marcas et dimidiam soluent in octauis Sancti Jacobi nunc venturis, judicium incursuri si non soluerint ipso die, residuas autem quatuor marcas et dimidiam dabunt in festo Sancti Regis proximius, cum duplo si pretermiserint ipsum diem; judicem et pristaldum partes placare assumpserunt de omni, et facta totali solucione dicti filij Farkasij et filij Perse de parte eorum et heredum suorum, tum priuilegium emanari facere tenentur super perpetuacione ipsis quinque porcionibus, filijs Comitis Byter supradictis. Datum secundo die quindenarum Sancti Johannis Baptiste anno Domini M°. CC°. nonagesimo nono.

Jegyzet. Bőrhártyán kelt zárt levél, pecséte eltűnt. Hátirata ez: pro filijs comitis Byter, contra filios Farkasij et filios Perse super nouem marcis super terra Tema. A kékkői levéltárban: Fasc. 1. Nro. 1. *Érdy.*

152.

A sz. Egyed somogyi konventje Pétert somogyi alispánt és négy biráit tudósítja, hogy Mihályt Devecher fiát, László, Ivánka fiának, marasztalt tolvajnak Oberth helységébe beigtatta s az illető feleket törvénybe idézte. 1299. jul. 24.

Viris nobilibus Comiti Petro Vice-judici magistri Iwance Comitis Symigiensis, et quatuor Judicibus Nobilium eiusdem Comitatus, Conuentus Monasterij Sancti Egidij de Symigio debitum amicicie et honoris. Litteras uestre nobilitatis recepimus continentes, quod Michael filius Deuecher exhibuisset nobis litteras uestras, in quibus reperistis, Ladizlaum filium Iwanka de Oberth in furto esse conuictum, contra ipsum Michaelem, et in judicijs aggrauatum, requirentes a nobis, ut cum Nicolao filio Pethke homine uestro nostrum mitteremus hominem pro testimonio, coram quo idem homo uester, eundem Michaelem filium Deuecher, introduceret in possessionem eiusdem Ladizlai, Oberth predictam, mansurus in eadem usque quintum decimum diem absque lesione possessionis memorate; diceret eciam eidem Ladizlao, ut in ipso quinto decimo die conpareret personaliter, de facto principali et de judicijs nobis ut judicy et parti aduerse satisfaceret, citaret eciam vicinos et commetaneos eiusdem Ladizlai, ad resciendum id, si possessionem eiusdem redimere uoluerint nec ne, ad uestram presenciam, ad terminum conpetentem. Nos uero peticionibus uestris satisfacere cupientes, ut debemus, cum predicto homine uestro unum ex nobis misimus pro testimonio, qui postmodum una cum eodem homine uestro ad nos rediens dixit, quod idem in sui presencia predictum Michaelem filium Deuecher in festo Translacionis Beati Benedicti Confessoris introduxisset in possessionem Ladizlai filij Iwanka, Oberth predictam, mansissentque in eadem a die introduccionis, usque quintum decimum diem absque lesione eiusdem; dixissent eciam fratri ipsius

Ladizlai, et hominibus ad ipsum pertinentibus, ut in ipso quinto decimo die conpareret ipse Ladizlaus personaliter, de facto principali, et de judicijs, uobis ut judici, et parti aduerse satisfaceret; citassent eciam vicinos et commetaneos eiusdem Ladizlai, uidelicet magistrum Iharus filium Gregorij in die introduccionis, ad quintum decimum diem, uidelicet ad festum Beati Jacobi Apostoli ad uestram presenciam. Datum in vigilia Beati Jacobi Apostoli, et anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

Jegyzet. Hátirata ez: „Comiti Petro et quatuor Judicibus pro Michaele filio Deuecher." E bőrhártyára írott zártlevélnek hátára a sz. Egyed somogyi konvent azon pecséte van nyomva, mely rézny omatban a Magyar Történelmi Tárban II, 83. látható, mint nagysága s némely ép betűi mutatják. Másolta Horvát István a Kapos-Mérei Mérey László példányából. *Érdy.*

153.

A sz. Egyed somogyi konventje tudósítja az illető birákat, hogy a birtokának elvesztésében marasztalt Lászlónak, Ivánka fiának, Oberth nevü birtoki jogának, mivel senki sem jelenkezett, hogy azt köz becsü szerint kiváltsa, két részét a biráknak birságúl, egy részét pedig a károsított félnek a helyszínén átadta. 1299. aug. 29.

Viris nobilibus Comiti Petro Vice-judici magistri Ivance Comitis Symigiensis et quatuor Judicibus Nobilium eiusdem Comitatus, Conuentus Monasterij Sancti Egidij de Symigio debitum amicicie et honoris. Litteras uestre nobilitatis recepimus in hec uerba:

Amicis eorum karissimis, Conuentui Symigiensi, Comes Petrus Vice-judex magistri Iwance Comitis Symigiensis et quatuor Judices Nobilium eiusdem Comitatus amiciciam

et honorem. Noueritis, quod cum secundum continenciam litterarum uestrarum nobis transmissarum, sabbato uidelicet in octauis Assumpcionis Virginis Gloriose possessionem Ladizlai filii Iwance, Oberth uocatam, cum suis utilitatibus vniuersis Jacobus frater dicti Ladizlai et alij viciny et commetanei eiusdem a Michaele filio Deuecher aduersario suo in tercia parte, a nobis autem ut a judicibus in duabus partibus, scilicet in decem marcis, prout per estimaciones presentibus hominibus nostris coram uestro testimonio estimasse comperimus, redimere debuissent, uel relinquere nobis ut judicibus, et aduersario suo possidendam; adueniente termino Michael filius Deuecher, aduersarius dicti Ladizlai, comparuit ad recipiendam pecuniam porcionem suam contingentem; similiter Jacobus frater dicti Ladizlai uenit et dixit, quod non posset redimere possessionem fratris sui memoratam, vicini autem et commetanei eiusdem Ladizlai, et specialiter magister Jharu, qui personaliter comparendo, redimere porcionem, que ipsum contingeret, assumpserat, sicut in prioribus litteris uestris comperimus, non uenerit, nec miserit ad redempcionem faciendam. Quare a uobis petimus diligenter, quatenus cum Nicolao filio Petke de Gyog homine nostro, vestrum mittatis testimonium, coram quo idem homo noster predictam possessionem Ladizlai cum suis vtilitatibus vniuersis in duabus partibus nobis ut judicibus, in tercia uero parte predicto Michaeli suo aduersario statuant possidendam, salua porcione dicti Jacobi remanente, contradiccione aliquorum non obstante; post hoc facti seriem, qualitatem et quantitatem, nobis nostri gracia rescribatis. Datum in crastino octauarum Assumpcionis Beate Virginis, anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

Nos uero peticionibus uestris satisfacere cupientes, ut debemus, cum predicto homine vestro nostrum misimus hominem pro testimonio, qui postmodum una cum eodem ad nos rediens nobis recitauit, quod idem in sui presencia accedendo ad faciem possessionis predicti Ladizlai, duas partes eiusdem possessionis uobis ut judicibus, terciam uero partem predicto Micheili (igy) aduersario eiusdem, cum omnibus utilitatibus suis, videlicet terris fimatis, campestribus, siluis, et fenetis statuisset possidendam iuxta uestram peti-

cionem et mandatum. Datum Sabbato post quindenam Assumpcionis Beate Virginis anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

Jegyzet. Bőrhártyára írott zártlevél, melynek hátirata ez: „Pro Michaele filio Deuecher super reambulacione terre Ladislai filij Iwanka coram Petro et quatuor Judicibus." Másolta Horvát István a Kapos-Mérei Mérey László példányából. *Érdy.*)

154.

István alországbírónak Zurchuk és Arkybanazurchuk helységekre, vonatkozó itélete a királyné jobbágyai és a Zurchuki nemesek közt. 1299.

Nos Comes Stephanus Vice-Judex Curie Domini Regis memorie commendamus significantes quibus expedit tenore presencium vniversis, quod cum Ladizlaus filius Rusd, et Dees filius Tyburchii, exercituales jobagiones domine Regine Hungarie, domine nostre, personaliter comparentes, Zoda, Opour, Bors et Nicolaum, filios Blasii nobilis de Zurchuk, ex quibus et pro quibus iidem Zoda et Bors cum procuratoriis litteris Capituli Wezprimyensis astiterunt, traxissent in causam coram nobis, dicti Ladizlaus et Dees contra eosdem nobiles litteras Magistri Leurente Comitis Wezprimyensis et quatuor Judicum eiusdem Comitatus inquisitorias in figura Judicii exhibuerunt continentes, quod Zoda, Bors et Nicolaus predicti et cognati eorundem in octauis Natiuitatis Beate Virginis hoc anno eosdem Ladizlaum, Dees et cognatos eorum destruxissent, quosdam ex eis captiuassent, quosdam vero enormiter uerberassent, omnia bona eorum penitus auferendo, adicientes quod domina Regina terram in Zurchuk haberet Arkybanazurchuk uocatam, super qua dicti jobagiones exercituales dicte domine Regine fuissent destructi per nobiles

prenotatos, prout idem Comes Leurente et quatuor Judices ab omnibus, a quibus licuit et decuit, scire potuisset veritatem in premissis. Ad hec eciam litteras Capituli Wezprimyensis inquisitorias, que omnia premissa eisdem jobagionibus domine Regine per ipsos nobiles fuisse irrogata affirmabant. Quibus perlectis iidem Zoda et Bors pro se et eodem Nicolao predictis litteris inquisitoriis Magistri Leurente Comitis Wezprimyensis et quatuor Judicum contradixerunt, falsificando ipsum Magistrum Leurente et duos ex eisdem quatuor Judicibus, videlicet Comitem Mathyam de Wrs et Magistrum Heym de Jutas, ipsas litteras eorum falsas esse asserentes in eo, ut idem Magister Leurente, Comes Mathyas et Magister Heym non ex scitu, consensu et voluntate Donatis et Gelyany aliorum duorum Judicum ex ipsis quatuor Judicibus Nobilium Comitatus Wezprimyensis predictas litteras inquisitorias fraudulenter, inique, dolose et falso modo fecissent emanari contra ipsos. Vnde per dominum Andream Illustrem Regem Hungarie, dominum nostrum, et per nos tamquam Vice-judicem Curie Regie statutum fuerat, quod in quindenis Beati Georgii martiris ambe partes coram domino Rege comparerent iterato, et Ladizlaus et Dees ipsas litteras falsificatas exhiberent, iidem vero Zoda, Bors et Nicolaus deberent comprobare, vt Magister Leurente, Comes Mathyas et Magister Heym sint falsi judices, et predicte littere eorum inquisitorie similiter false et modo prehabito emanate, prout hec in litteris eiusdem domini Regis formam judicij continentibus comperimus euidenter. Aduenientibus itaque ipsis quindenis Beati Georgii martiris, quia dominus Rex ipsam causam nobis commiserat iudicandam et ordine iuris decidendam, Ladizlaus et Dees dictas litteras falsificatas exhibuerint in nostri presencia, ut debebant, iidem uero Zoda et Bors pro se et pro ipso Nicolao comparentes exhibuerunt quasdam litteras sub duobus sigillis anuleis in hec uerba:

Domine Rex. Conqueruntur nobis Gelyanus et Donach Judices de Comitatu Wezprimyensi, et petunt Excellenciam Vestram supplicando, quod Ladizlaus filius Rusd et Dees filius Tyburchij litteras, quas in Vestre Maiestatis presencia in octauis diey cynerum legi fecerunt contra Zoda, Bors et Nicolaum de Zurchuk super eo, ut ipsi eosdem super terra

domine Regine destruxissent, credere Sublimitas Vestra nolit, quia non nostro sigillo, et nobis penitus ignorantibus fraudulenter eedem littere sunt concesse.

Decretum itaque per nos extiterat, quod in quindenis Pentecostes partes compareant coram nobis, et iidem Ladizlaus et Dees Magistrum Leurente, Comitem Mathyam et Magistrum Heym predictos, et e conuerso iidem Zoda, Bors et Nicolaus eosdem Gelyanum et Donach Comites propriis eorum in personis in presencia domini Regis statuere tenerentur ad approbandum uel reprobandum litteras supradictas. Quibus quindenis aduenientibus Ladizlaus et Dees Magistrum Leurente, Comitem Mathyam et Magistrum Heym personaliter statuere nequiuerunt; sed exhibuerunt litteras Capituli Wezprimyensis, in quibus comperimus, quod idem Magister Leurente, Comes Mathyas et Magister Heym, item Comes Gelyanus pro se, et pro eodem Comite Donacho coram ipso Capitulo Wezprimyensi personaliter comparentes concorditer dixissent, quod predicte littere ex parte Gelyany et Donachy Comitum maliciose seripte fuissent, eoque non ab eis, nec per eos, sed falso modo fuissent emanate; predicti uero Zoda, Bors et Nicolaus Gelyanum et Donach Comites non statuerunt, nec raciones aliquas euidentes pretendere potuerunt, cur eosdem statuere nequiuerant vt debebant. Nos igitur vna cum Thoma Comite Nyitriensi et Borsyensi, Magistro Farkasio filio Fulkus, Comite Erdew filio Gesrech et nobilibus Regni quam pluribus nobiscum in judicio assidentibus per dominum Regem nobis in socios ad iudicandum hanc causam deputatis, visis et perlectis predictis litteris, quia iidem Zoda, Bors et Nicolaus post institucionem seu ordinacionem in generali congregacione domini Regis et Regni, vna cum venerabili patre domino Jo(hanne) Archiepiscopo Colocensi, Episcopis, Baronibus et vniuersis Nobilibus Regni solempniter celebrata factam, eosdem Ladizlaum, Dees et cognatos eorum destruxerunt, quosdam ex eis captiuando, quosdam uero enormiter uerberando omnia bona auferentes, prout hec omnia in litteris inquisitoriis Capituli Wezprimyensis, Comitis Leurente et quatuor Judicum Comitatus Wezprimyensis nobis euidenter constiterunt, pro eo in facto ipsius destruccionis, captiuacionis (cum) uerberacione et ablacione bonorum

predictorum Ladizlai, Dees et cognatorum suorum, et in facto indebite detencionis terre Reginalis Arkybanazurchuk vocate, quam scilicet indebitam detencionem terre per eosdem nobiles factam iidem Ladizlaus et Dees similiter cum litteris inquisitoriis comprobarunt, Zodan, Bors et Nicolaum predictos, tanquam violentos, et in eo, quia iidem in exhibicione falsarum litterarum tanquam falsarii in suis defensionibus omnino defecerunt, iuxta statuta Regni in eorum personis igne cremandos et morte debita condempnandos eosdem sentencialiter decreuimus tanquam destruccionum et violencie perpetratores, prout superius sunt expressa, et possessiones eorum vniuersas, hereditarias et alio quoquo modo habitas et possessas, tam in terra Zurchuk, quam alias existentes, duabus partibus in manus nostras tanquam judicis, in tercia uero parte in manus domine Regine partis actricis et executricis huius cause seu negocii deuoluendas; predictam terram Reginalem ipsi domine Regine tanquam suum ius Arkybanazurchuk vocatam restituentes pleno iure. Et omnia priuilegia seu litteras, que uel quas iidem Zoda, Bors et Nicolaus, ac cognati eorumdem de Zurchuk in facto dicte terre Reginalis habuisse dinoscuntur, reliquimus fore cassatas et inanes, ita vt vbicunque, quandocunque et per quoscunque contra dominam Reginam uel jobagiones suos exhibite fuerint, sine viribus habeantur. Hiis itaque peractis ad maiorem et vberiorem huius negocii cautelam possessiones predictorum Zoda, Bors et Nicolai, quas habent in Zurchuk, per viros nobiles et ydoneos fecimus estimari, que cum suis vtilitatibus, videlicet siluis, fenetis, vineis et aliis presente testimnio Capituli Wezprimyensis pro quadraginta marcis simul cum nostra porcione fuerunt estimata, quam quidem porcionem nostram, scilicet duas partes possessionum earumdem ipsa domina Regina a nobis redemit iuxta formam estimacionis prehabite nobis ad plenum persoluendo. Vnde nos possessiones dictorum nobilium in toto cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniversis, et specialiter cum dimidietate Ecclesie in honorem Sancti Thome martyris constructa in medio totalis possessionis Zurchuk existentis, et predictam terram Reginalem Arkybanazurchuk nuncupatam per eosdem potencialiter detentam reliquimus ipsi domine Regine perpetuo possidendas, tenendas et haben-

das in metis et terminis, in quibus eedem possessiones nobilium per eosdem antea habite fuerunt et possesse, et ipsas possessiones dictorum Zoda, Bors et Nicolai, et eandem terram Reginalem per Magistrum Leurente Comitem Wezprimyensem, hominem Domini Regis, cum ydoneo testimonio Capituli Wezprimyensis reambulari fecimus per ueteres metas et antiquas, et iuxta easdem nouas metas erigi faciendo et statui eidem domine Regine, et jobagiones eiusdem in easdem introduci, in quarum reambulacione, et statucione nullus exstitit contradictor, prout series reambulacionis, statucionis et estimacionis predictarum possessionum in litteris Capituli Wezprimyensis exinde confectis plenius uidimus contineri. Cursus uero antiquarum metarum, et nouarum iuxta ueteres erectarum, eiusdem terre Reginalis, sicut in litteris eiusdem Capituli comperimus, hoc ordine distinguuntur, quod prima meta incipit in virgulto ville Bugdan per dumum ilycis assignatam, de qua per metalem distinccionem terrarum Wg et eiusdem terre Arkybanazurchuk uergendo uersus partes meridionales et tangendo quamdam pomum oltwan dictam transit in aquam Turnwa, et peruenit (ad) arborem orny distinctam ab aqua Turnwa ad iacturam securis et tres passus, de qua per cursum solis declinans ad partes occidentis cum eodem fluuiio Turnwa vadit ad quatuor molendina Ladizlai filii Rusd currencia siue molencia fiuuio in eodem; retro quorum singula sunt singule quatuor mete terree similiter ad iacturam securis et tres passus, de quorum vltimo vel inferiori vergens adhuc ad partes per easdem peruenit ad vnam metam ilycis copulatam ultra predictum fluuium a meridie exi stentem, de qua uenit ad molendinum Ecclesie Wezprimyensis in terra Zulgagewr vocata fundatum et constructum currens fluuio in eodem. In cuius clausure siue obstaculi capite transeundo ipsum fluuium et tangendo vnam salicem regeratur per molendinum Emerici per partes occidentis per latitudinem duorum iugerum, et quo iam directe ad aquilionem currendo per longitudinem vnius iugeris venit ad salycem, abhinc autem curritur iuxta nemus Kywsberek dictum ad aquilonem, vbi intrat vnum virgultum Fywsberek wlgariter nuncupatum, quod transeundo partes ad easdem venit ad aliud molendinum Tumpatowa appellatum transseundo vnam viam

publicam, per quam itur in Bugdan ad aquilonem, per quam regirans ad primam metam et ibi terminatur. Datum Bude septima die festiuitatis Beati Jacobi Apostoli anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

155.

István alországbíró meghagyja a váczi káptalannak, hogy a királyi és káptalan emberek, Zellő helységet és tartozékait a föld színén becsültessék meg. 1299. novemb. 25.

Amicis suis, Capitulo Vaciensi, Comes Stephanus, Vice-Judex Curie domini Regis amiciciam paratam. Quia Nicolaus filius Ivan, et Ladislaus filius Ivanka de Zelew, contra Comitem Byter, Nycolaum, Johannem et fratres, filios eiusdem Comitis Byter, in vndecim judicijs sunt conuicti, et pro eisdem judicijs, ac racione facti principalis ijdem filij Comitis Byter in possessionem eorumdem Zeleu vocatam, semel, bis et tercio legitime introducti fuerunt; nec eciam Nycolaus ac Ladislaus predicti ad Regiam presenciam uenire curauerunt, iura et leges penitus contempnentes, prout in litteris exinde confectis per Comitem Hermanum officialem dictorum fratrum Comitis Byter, pro eisdem dominis suis exhibitis, vidimus plenius contineri, amiciciam vestram requirimus diligenter, quatenus mittatis hominem vestrum ydoneum pro testimonio, in cuius conspectu Ladislaus filius Danyk, homo domini Regis, item Comites Jurk filius Stephani, Daman filius Buzzad, Hegen filius Haym, et Comes Dyonisius filius Jurk estimatores accedant super faciem dicte possessionis Nycolai et Ladislai Zelev uocate, videndo et considerando vtilitates addemum estiment eandem cum vtilitatibus et pertinencijs suis uniuersis iusto modo, et post hec seriem esti-

macionis, videlicet pro quanta sumpma pecunie ipsa possessio estimata fuerit, domino Regi finaliter rescribatis. Datum Bude septimo die octauarum Beati Martini Confessoris anno Domini M° CC° nonagesimo nono.

Jegyzet. Bőrhártyán kelt zárt levél, hátirat nélkül, pecséte eltűnt. A kékkői levéltárban: Fasc. 1. Nro. 11. *Érdy.*

156.

A pozsonyi prépost saját és káptalanja nevében Nyéki Miklós, Veres Péter, Bod Miklós és Pakai Tamás ellen, kik Chukárfalvát erőhatalommal elfoglalták. 1290—1299.

Nos Capitulum Ecclesie Jauriensis damus pro memoria, quod constitutus coram nobis honorabilis vir magister Seraphinus Prepositus Posoniensis nomine suo et nomine Capituli Ecclesie sue, sua nobis protestacione demonstrare curauit et dixit, quod cum possessio quedam Turne, seu Chukarfoluua (így) vocata, in Comitatu Posoniensi existens, ad Ecclesiam suam Posoniensem pertineret, et in corporalem possessionem dicte possessionis Prepositus et Capitulum Ecclesie Posoniensis ad mandatum et preceptum domini Regis inducti fuissent, et pluribus annis pacifice eam possedissent; Nicolaus filius Johanka (így) de Nek, Petrus Rufus, Chama de Paka et Nicolaus dictus Bud, Nobiles de Comitatu Posoniensi ipsos Prepositum et Capitulum de possessione ipsa contra Deum et justiciam, non obstantibus litteris et instrumentis, eciam a se ipsis eisdem concessis, per potenciam magistri Mathei de Trinchinio et Comitis Posoniensis expulissent et eiecissent, ipsam sibi possessionem occupando; ex qua expulsione et vsurpacione Ecclesia ipsa Posoniensis dampna magna et grauia, ac iniuriam non modicam passa extitisset. In cuius protestacionis testimonium presentes, ad

peticionem dicti magistri Seraphini Prepositi, nostro fecimus sigillo consignari, et eidem Preposito assignari. Datum in festo Beati Marci Ewangeliste anno Domini M° CC° nonagesimo — — —.

(Hártya, Küljén a pecsétnyomó. Az év végszáma kitépve, Pozsonykáptalani magánlevéltár, Capsa E. Fasc. 4. Nro. 107. *Knauz.*)

157.

Záz birtok az illetők közt felosztatik a pozsonyi káptalan előtt. 1290—1299.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod constitutis personaliter coram nobis Dominico et Stephano filijs Pauli de Zaz pro se et pro Nycolao fratre suo, Pousa filio Nalcha (Nyalka) similiter pro se et pro Johanne filio Jacobi et pro Leupoldo filio Petri, Johanne filio Martini pro se et pro Paulo fratre suo, Sebastiano filio Fabiani pro se et pro Dominico fratre suo ab una parte; Nemil pro se et pro Hugil fratre suo, Cuch filio Benke pro se (et) filijs suis Chete et Symone, Paulo filio Turked pro se et pro Bartholomeo ac Michaele fratribus suis, Chule filio Belian pro se et pro Chiba ac Thoma fratribus suis ab altera; ijdem Nemil, Chuch, Paulus, Chule confessi sunt uina uoce, quod prefati Dominicus, Stephanus, Nicolaus, Pousa, Johannes, Lypoldus, Johannes de Zaz, Paulus, Sebastianus et Dominicus ipsis et omnibus cognatis et proximis suis in diuisione terre et possessionis de Zaz plenarie satisfecissent eo modo, quod dedissent prefatis Nemil et Hugil quindecim jugera terrarum arabilium circa uillam et terram Ouga existencia; item Chuch et filijs suis Cete (igy) et Symoni de-

dissent sex iugera terrarum arabilium a parte terre Vata; Paulo filio Turked et fratribus suis Bartholomeo et Michaeli dedissent quindecim iugera, scilicet decem iugera terrarum arabilium supra domum Johannis de Zaz et quinque iugera de pascuis pecorum circa terram Ouga; item Chule et fratribus suis Chiba et Thome dedissent sedecim iugera terrarum arabilium iacencia inter duas ualles *berk* uocatas circa pascua pecorum uille Ouga. Et sic facta taliter ordinacione qualibet ipsorum — — — esse sunt confessi iusticia mediante; obligantes se, quod decetero predictos Stephanum, Dominicum, Nicolaum, Pous, Johannem — — — — (J)ohannem de Zaz, Paulum, Sebastianum et Dominicum et eorum posteritates racione alicuius terre uel possessionis — — — — — — le cum suis filijs et fratribus ac proximis ullo vmquam tempore aggrauarent nec pro terra, uel pro possessione uberius mo — — — — — — In cuius rei testimonium (perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras concessimus sigil)li nostri munimine roboratas. Datum in festo Beati Nicolai — — — — — °C°LXXXX — — — — —

(Elrongyollott hártyán, melynek túloldalán ez év van múltszázadi írással feljegyezve: „Anno 1298.“ De ez ellen már az írás alakja is bizonyít; sőt mivel, mint itt látható a meglevő számjeleknél a C felett levő ° valamivel a C előtt áll, jele, hogy e C előtt még egy állt, mely két C-nek felső közepén állt az °. Továbbá a 9 többé nem levén látható, nem is merem ide írni, s így csak annyi bizonyos, hogy 1290—1300 évi időközben írathatott. A pecsét vörös selymen függött, melynek néhány szála még megvan. Pozsonykáptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 17. Nro. 29. *Knauz.*)

158.

III. Endre király megerősíti István alországbírónak Zurchuk és Árkybanazurchuk helységekre vonatkozó ítéletét és határjárási határozatát. 1300.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex omnibus Christi fidlibus tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Magister Gallus Custos Albensis, specialis clericus Domine Regine karissime consortis nostre, vice et nomine eiusdem exhibuit nobis priuilegium Comitis Stephani Vice-Judicis Curie nostre super facto quarumdam terrarum seu possessionum Zurchuk et Arkybanazurchuk vocatarum confectum, petens a nobis cum instancia, ut eundem (így) ratificare et approbare, et de benignitate Regia nostro priuilegio dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est:

Nos Comes Stephanus Vice-Judex Curie domini Regis stb. (mint fentebb 154. sz. a.)

Nos igitur iustis peticionibus eiusdem (így), ipsum priuilegium non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum ratum habentes et acceptum, de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus viri discreti Magistri Stephany Archidiaconi Albensis Ecclesie Transsiluane aule nostre Vice-Cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno Domini millesimo trecentesimo, sexto kalendas Junii, Renni (így) autem nostri anno decimo.

(Eredetie a veszprémi káptalan levéltárában.)

159.

III. Endre király Gergely, Apa fia, panaszára az iránt intézkedik, hogy erőszakosan László Luka fia által elfoglalt Dénesmonostra nevü monostora neki visszaadattassék 1300. körül.

Andreas Dei gratia Rex Hungarie etc. etc. fidelibus nostris Capitulo Varadiensi salutem et gratiam. Gregorius filius Apa nobis dixit, quod Ladislaus filius Luca quoddam monasterium suum Dyenus monostura vocatum potentialiter et indebite occupatum detineret in ipsius prejuditium non modicum et gravamen; quare fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus mittatis hominem vestrum idoneum pro testimonio, coram quo venerabilis pater Capituli ejusdem loci, homo noster juxta tenorem privilegii sui, super dicto monasterio confecti, domum monasterialium statuat eidem, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint ad nostram citet presentiam, ad terminum assignatum, ac nomina contradictorum nobis rescribatis. Datum in valle Rad Dominico die ante festum Beati Joannis Apostoli.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenb. zur Gesch. Siebenb. I. köt. 224. l.)

160.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Erzsébet, Alvinczi Herbord özvegye Várongya és Damásfölde jószágait az erdélyi egyháznak ajándékozta. 1300.

Nos Capitulum Ecclesie Beati Mychaelis Archangeli Transsiluane memorie commendantes tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis, quod domina Elisabeth relicta Comitis Herbordi filii Henningij de Vinch inferiori, volentibus et consencientibus filio nomine Herbordo et filia Elisabeth nuncupata, ac Comite Daniele, filio Chelonis fratre eisdem domine, nec non et Comite Hanch de Vinch inferiori, ac Petro plebano de Sebus, filio Comitis de Vasmodi, astantibus presencia personali, coram nobis constituta, Deum habens pre oculis, et cogitans de supremis, de possessione Comitis Herbordi quondam mariti sui prelibati, ad eam devoluta, qui Diuino vocante judicio viam universe carnis est ingressus, Varda vocata, simul cum terra Damasa feldu nuncupata, ubi Ecclesia lapidea in honore Sancte Trimitatis est constructa, que de bonis mariti sui suprascripti, et propriis sunt comparate, talem ordinacionem fecisse, et ex uoto, quod presentibus confirmat, firmiter observaturam, promisisse est confessa, videlicet, quod si ipsa mortua filius et filia superviuerent, et eos successu temporum absque heredum solacio decedere contingeret, aut tractu temporis successores seu heredes eorundem, filii videlicet et filie utriusque sexus tam de linea feminina quam masculina, ex tunc dicta possessio Varda simul cum terra Damasafeldu supradicta cum omnibus adjacenciis et utilitatibus, molendinis, uineis, siluis, nemoribus, pratis ac portu nauium cum naulo ad ipsam villam Varda pertinenti et alijs pertinencijs omnibus, ad ipsas Varda et Damasafeldu quomodolibet spectantibus, ex uoto et ordinacione nunc facta, in ius et proprietatem nostram deuoluerentur ipso facto. Si autem predictos filium et filiam cum tota

posteritate eorundem, adhuc ipsa uiuente debita nature soluere contingeret, et predicta domina Elysabeth superuiueret, ex tunc prefatas possessiones Varda et Damasafeldu cum omnibus utilitatibus, pertinencijs et adiacencijs pacifice, et quiete absque humano inpedimento libere possidebit, relicturam ac donaturam, ymmo donacionem ex nunc factam effectui mancipaturam. Si autem ipsa domina Elysabeth instinctu speciali scilicet dictas possessiones uiua voce et uoluntarie resignare uoluerit, et recedere ab iisdem possessionibus, ex tunc nos quinquaginta marcas fini argenti eidem domine plene et integre dare debemus et tenemur, pro uoluntate sua distribuendas. Et ne in hoc casu uoto suo ex nunc ordinato et solemnizato, malicia hominum possit aliquatenus obuiare, cum casus fortuiti, et inopinabiles nullatenus previderi possint, si ipsam morte improvisa transire ex hoc seculo contingat, dictas possessiones in ius et proprietatem siue dominium nostrum ex nunc vult transferri, contradiccione cuiuslibet non obstante. Hoc adjecto, quod nos supradictas quinquaginta marcas fini argenti pro remedio anime Comitis Herbordi bone memorie mariti sui, et sue, nec non et filiorum, ac filie, seu tocius posteritatis distribuere tenebimur, modo infrascripto; decem videlicet marcas dabimus fratribus Predicatoribus de domo Albensi, ad opus Ecclesie Beate Virginis; decem fratribus Heremitanis Sancti Augustini de Conventu Albensi ad opus Ecclesie Sancti Stephani Prothomartiris; quinque marcas fratribus Predicatoribus de Cybinio ad opus Ecclesie Sancte Crucis; quinque marcas tratribus minoribus de eodem ad opus Ecclesie Sancte Elysabeth; decem fratribus Predicatoribus in Vinch existentibus, si in Conventum, usque ad complecionem condicionum supradictarum fuerit erectus idem locus, sin autem, quinque marcas fratribus illic residentibus, et quinque fratribus de Candela, ac decem fratribus Predicatoribus de Seguswar; et sic complebuntur quinquaginta marce superius nominate, nec prius adire debemus possesssiones memoratas, nisi prius quinquaginta marce sepedicte, secundum modum prenotatum, plene et integre fuerint persolute. Ceterum totam ordinacionem factam de uerbo ad uerbum nos, nullo de nobis contradicente, benevole cum graciarum accione gratanter duximus acceptandam. In cuius rei

geste testimonium presentes concessimus litteras munimine nostri sigilli roboratas. Datum in festo Beate Margarete Virginis anno Domini millesimo trecentesimo.

(Teutsch és Firnhaber Urkundenb. z. Gesch. Siebenb. I. köt. 218. Hibásan Fejérnél VII. k. 2. r. 205. l.)

161.

Az erdélyi káptalan átírja 1299-ki okmányát, mely szerint a kolosmonostori apátság Bogártelek birtokába bevezettetett. 1300.

Capitulum Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transiluanie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum semper sit stabiliter et viuat actio cum se litera facit deffensorem, proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod religiosus vir frater Lazarus Abbas de Colusmonustra ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras rescripcionales sub sigillo nostro minori confectas petens nos vt easdem de verbo ad verbum transscribi et in formam nostri priuilegij redigi facere dignaremur. Quarum quidem tenor talis est :

Magnifico viro et honesto Ladizlao stb. (mint fentebb 145. sz. a.)

Nos enim legittimis et congruis postulacionibus ipsius domini Lazari Abbatis et iusticie annuentes, predictas literas nostras patentes omni integritate pollentes, non abrasas, non cancellatas, non abolitas, non obumbratas, nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum transscribi et pendentibus literis priuilegialibus nostris inseri fecimus, quas eidem concessimus ad cautelam. Datum in festo Inuencionis Sancte Crucis anno Domini millesimo CCC°. Stephano Preposito,

Gregorio Cantore, Vincencio Custode, Johanne Decano Ecclesie nostre existentibus.

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. k. 220. l.)

162.

Sintperg jövedelme két egyenlő részre osztatik a felek közt. 1300.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis memorie commendantes significamus vniuersis, quod constitutis personaliter coram nobis Alexandro filio Stephani de Reche pro se et pro Petro fratre suo, Andrea et Johanne filijs Nicolai ab vna parte, Johanne filio Johannis et Matheo fratre suo, Thoma et Dominico filijs magistri Petri ab altera, sunt confessi, quod licet mota fuerit materia questionis inter ipsos super possessione Symperg uocata, et diu ordine iudiciario altercati fuissent, ad ultimum tamen mediantibus probis viris; scilicet Comite Petro Magno et Comite Jacobo filijs Johannis de Januk, Comite Ladizlao et Magistro Jacobo, filijs Stephani in talem pacis concordiam deuenissent, quod in omnibus prouentibus et utilitatibus ipsius possessionis Symperg, quantum Alexander et Andreas supradicti cum fratribus suis habere dinoscuntur, aut possidere, recte tantum Johannes cum fratre suo Thoma similiter cum fratre suo debent percipere, possidere pacifice et habere, obligantes se, quod quicunque ex ipsis processu temporum super sepedicta possessione Symperg uellet materiam questionis incitare, ante litis ingressum debet iudicij soluere decem marcas. Datum Dominico die proximo post festum Omnium Sanctorum anno Domini M° CCC°.

(Hártya. Küloldalán a pecsétnyom. Pozsonykáptalani országos levél tár. Capsa VII. Fasc. 1. Nro. 3. *Knauz.*)

163.

A pozsonyi káptalannak bizonyságlevele, hogy Lőrincz Lipótnak fia és Cumpurd Cumpurdnak fia Endrének Chugud fiának 20 ekényi szántóföldet érdemdíjazásképen adományoztak 1300.

A. B. C.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Capitulum Ecclesie Posoniensis oraciones in Domino Jesu Christo. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod constititis personaliter coram nobis Laurencio filio Lipoldi, et Cumpurd filio Comitis Chumpurdi, ab una parte, et Comite Andrea filio Chugud, ab altera; idem Laurencius et Cumpurd confessi sunt uiua uoce, quod ipsi uiginti iugera terrarum arabilium de terra Lipoldi, cum pratis, arundinibus, et aquis Zeuleutou uocatis, dedissent, contulissent, et tradidissent, predicto Comiti Andree, in filios filiorum perpetuo possidenda, pro seruicijs et effusione sanguinis eiusdem Andree factis pro ipsis Laurencio, et Cumpurd; obligando se, quod quicunque processu temporum ipsum Andream aut suam posteritatem, racione predicte terre uellet inpetere, uel uexare, ex tunc ijdem Laurencius, et Cumpurd tenerentur eos expedire proprijs suis laboribus et expensis. Mete autem ipsius terre, sicut nobis dixerunt, sic distinguitur, quod incipiens a terra uille Luche, a parte meridionali, uadit Lipolt Crektoa uocatam a fine inferiori, et inde uadit superius ad domum Kiz, et ibi est uallis et sic terminantur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem utriusque partis presentes nostras concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis Pasce, anno Domini M. CCC.

(**Hártya.** A még ép pecsét fehér violaszínű selymen függ. Pozsony-káptalani országos levéltár. Capsa XIV. Fasc. 11. Nro. 5. *Knauz.*)

164.

Mikó Detre fia egy részről, Edeuch és Berkes Dénes fiai más részről, némely birtoki jogaik iránt a váczi káptalan előtt viszoncserét kötnek. 1300.

A B C

Capitulum Ecclesie Waciensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Comes Mykou filius Detrici ab una parte, et Comes Edeuch ac Berkes filij Dyonisij ex altera, coram nobis personaliter conparentes et astantes, iuxta continenciam litterarum memorialium domini Andree Dei gracia Regis Hungarie, et ex permissione eiusdem domini, super quibusdam terris suis huiusmodi permutacionem seu formam concambij se fecisse dixerunt inter ipsos: Quod prefatus Comes Edeuch et Berkes frater suus quandam terram suam Puch uocatam per dictum Dyonisium patrem ipsorum titulo empcionis conparatam sub eisdem terminis et limitacionibus, quibus per patrem ipsorum et successiue per ipsos habita fuit et possessa, dedit, tradidit et contulit prefecto Comiti Mykou, et per eum suis heredibus iure perpetuo possidendam. E conuerso autem idem Comes Mykou in concambium dicte terre Puch quandam terram sibi a fratribus suis filijs Comitis Byter, a Nicolao et Iwanka filijs Iwan secundum formam iuris deuolutam, Zeleu vocatam, superadditis per ipsum Comitem Mykou triginta marcis argenti mercimonialis Budensis minus duabus, quas ijdem Comes Edeuch et Berkes frater suus se asseruerunt recepisse, vicinam et contiguam ville eiusdem Comitis Mykou ab una parte Bussa vocate, ab altera uero conterminalem terre Archieatus (így) Strigoniensis similiter Zeleu nuncupate, cum omnibus utilitatibus suis cum quadam particula terre de eadem terra extracta per prefatos Nicolaum et Iwankam filios Iwan, dum ijdem terram eandem Zeleu vocatam possidebant,

Michaeli filio Lugas vendite, sicut quaulitas ipsius particule terre vendite in priuilegio eiusdem Michaelis continetur, dedit, tradidit et contulit predictis Edeuch et Berkes Comitibus similiter heredum per heredes perpetue pacifice possidendam et habendam. Hoc per ipsum Comitem Mykou specialiter assupto (igy) quod si ipsam particulam terre, Michaelis videlicet filij Lugas, supradictam de ipsa terra Zeleu apud eosdem Edeuch et Berkes Comites modo prehabito statutam, conseruare non posset, extunc de terra sua propria Bussa vocata tantam particulam terre et tante vtilitatis, quanta porcio dicti Michaelis filij Lugas in ipsa terra Zeleu fore dinoscitur, assignabit eisdem Edeuch et Berkes Comitibus, a parte terre Zeleu, perhempniter possidendam; partes contra inuicem se firmiter obligantes, quod si qui processu temporum partem aliquam de ipsis partibus super ipsis possessionibus utrisque partibus modo premisso per formam concambij satutis (igy) inpetere aut molestare niterentur, una pars alteram suis propriis laboribus et expensis defendere tenebitur, sicque una pars aliam in pacifica possessione dictarum terrarum modo premisso permutatarum se mutuo inuicem semper conseruabit; et ambe partes secundum quod assumpserant, et se per litteras domini Regis obligauerant in Dominica proxima ante festum Sancti — — — accesserunt ad faciem dictarum terrarum presente Comite Thoma de Dray homine domini Regis, et discreto viro Walentino sacerdote ydoneo et fidedigno nostro testimonio, et conuocatis inibi uicinis eorumdem predict — — — — metis infrascriptis idem homo domini Regis presente eodem nostro testimonio partibus statuit, prout postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod et ijdem Comes Edeuch et Berkes frater suus, et ipse Co — — — ac Nicolaus et Johannes filij Comitis Byter pro se et pro alijs fratribus eorum in nostri presencia personaliter constituti secundum — — — — sunt confessi; preterea adiecerunt etiam ijdem coram nobis, quod cum magister Stephani et Endre — — — dree Curui pro se et pro Andrea fratre ipsorum coram domino Rege personaliter conparentes prefatos Edeuch et Berkes Comites filios Dyonisij ab huiusmodi alienacione seu permutacione predicte terre Puch, et suprad — — — kou a recepcione eiusdem prohibere noluissent dicentes, quod

ipsi essent vndique conmetanei terre Puch supradicte, et causam haberent cum eisdem filijs Dyonisij diucius uentillatam, idem Comes Mykou filius — — — — obiecisset et fuit confessus, quod ipsam terram Puch porcionem filiorum Dyonisij predictorum pro tanto reciperet, ut eamdem eisdem magistro Stephano et fratribus suis, filijs Endree Curui, in concambium terre Ludan traderet et daret possidendam, nec pro se aut pro filijs Comitis Byter retineret, sed ipsos filios Endree Curui in pacifica possessione dicte terre per concambium terre Ludam tradite conseruaret, nec alijs nisi sibi uendendi haberet facultatem. Cuius quidem terre Puch mete ab alijs terris sic distinguntur: A parte occidentali a terra Dolan incipiendo in summitate colliculi communis sunt tres mete terree antique, quibus antea possederunt, quarum una diuidit a filijs Endree, alia a filijs Dyonisij, et tercia diuidit a terra Dolan; dein uadit ad partem orientalem et in antiqua uia, ubi ex utraque parte uie sunt due mete nouiter erecte, quarum una diuidit a filijs Endree et alia ab Edeuch, quas iterum renouarunt; deinde in eadem uia declinat uersus septemtrionem descendendo, ubi sunt due mete antique, quas renouarunt in virgulto prope terram arabilem; inde descendit ad terram arabilem et ibi sunt due mete antique iterum renouate, quarum una diuidit a filijs Endree et alia ab Edeuch; deinde descendit ad fluuium Menus, et ibi circa fluuium sunt due mete antique, que sunt renouate, quarum una diuidit a filijs Endree et alia ab Edeuch; deinde uadit et cadit in fluuium Menus et ascendit primum in fluuio (igy), et ibi transit ipsum fluuium et uadit ad septemtrionem, ubi sunt due mete antique, que sunt renouate, quarum una diuidit a filijs Endree et alia ab Edeuch; deinde uadit similiter ad septemtrionem circa villam in terra arabili, in fine eiusdem terre sunt due mete antique, quarum una separat a filijs Endree et alia ab Eedeuch; deinde incipiendo a fine eius terre uadit ad partem orientalem ad magnum spacium, et ascendit ad unum colliculum, qui est subtus Nulos, et ibi ex utraque parte uie sunt due mete antique, quarum una diuidit a filijs Endree, et alia ab Edeuch; deinde incipiendo uadit uersus meridiem ad terram arabilem, et ibi sunt due mete, quarum una a filijs Endree separat et alia ab Edeuch; et inde transit per pratum et fluuium Menus,

ibi sunt due mete terree; deinde uadit ad partem orientalem ad unum colliculum et in fronte eiusdem sunt due mete antique, quarum una diuidit a filijs Endree et alia ab Edeuch; deinde ascendit supra et uadit ad partem meridionalem, et in eodem colliculo parum procedendo ibi sunt due mete antique, quarum una diuidit a filijs Fndre et alia ab Edeuch; et ibi finiuntur a parte filiorum Endree; deinde incipiunt mete que distingunt metas Ecclesie Zocol et Edeuch, et uadit ad partem meridionalem ibi sunt due mete, quarum una diuidit a terra Ecclesie Zocol et alia ab Edeuch; deinde uadit in uirgulto ubi sunt due mete; deinde uadit directe ad partem meridionalem et sunt due mete, quarum una diuidit a terra Ecclesie Zocol et alia ab Edeuch; ad partem meridionalem sunt ibi due mete; deinde uadit uersus meridiem in uno monticulo ubi sunt due mete, quarum una diuidit a terra Ecclesie Zocol et alia ab Edeuch; et ibi finiuntur mete Ecclesie Zocol, sed fiet conmetanea terre Edeuch et Thome de Gueth; et inde egreditur uersus partem occidentalem et perueniet ad frontem unius colliculi; et ibi terminantur mete Thome de Gueth, et currit circa metam de uilla Dolan similiter ad partem occidentalem; deinde descendit de monticulo transit quamdam viam, vadit ad unam uallem et de valle ascendit ad montem, ibi sunt due mete, quarum una diuidit a uilla Dolan, et alia ab Edeuch; deinde uadit in eodem colliculo uersus partem occidentalem, et ibi sunt due mete, quarum una diuidit a uilla Dolan et alia ab Eedeuch; deinde declinat uersus partem septemtrionalem inter duas uias, quarum una ueniet a parte uille Dolan, de una ualle, ubi sunt due mete, quarum una diuidit a Dolan, et alia ab Edeuch; inde egreditur ad occidentem in eodem monticulo, ubi sunt due mete; deinde uadit iterato ad primas tres metas, et ibi terminantur mete ipsius terre Puch. In cuius rei memoriam ad instanciam predictorum presentes concessimus pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Herrici Lectoris Ecclesie nostre. Anno Domini M°. CCC°. Venerabili viro domino Dominico Preposito, magistro Johanne Cantore, magistro Chepano Custode, discretis viris magistro Olyuerio Vaciensi, Nicolao Chengradiensi, item alio Nicolao Pestiensi, Augustino de Ziguetfeu, Guebulino de Zolnuc Archidiaconis

existentibus; et alijs discretis et honestis viris Canonicis Ecclesie nostre in Ecclesia Beate Virginis Deo deuote famulantibus.

Jegyzet. Közepett két helyen lyukas bőrhártyára írott metszett levél, melynek alúl fölhajtott hasadékai vörös és zöld sodrott selyemről függő pecséte monorú és az itt kiadott 1268.-ival ugyanaz. A kékkői levéltárban : AL. 19. *Érdy.*

165.

A pozsegai káptalan átírja Mária királynénak azon 1248-ki privilegiumát, melylyel Werőcze város szabadságait meghatározta. 1300.

Nos Capitulum Ecclesie Beati Petri de Possega omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in largitore salutis. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cives et hospites de Wereuche ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt nobis litteras patentes Serenissime Marie Regine sub pendenti sigillo emanatas, petentes nos cum instancia, ut tenores earundem presentibus transscribi et nostro privilegio dignaremur confirmare. Quarum tenor talis est :

Maria D. gr. Regina Hungarie stb. (l. Okmánytárunk II. kötetét 202. l.)

Nos igitur dictas litteras in omni sui parte juste emanatas inspicientes, peticionibusque prefatorum civium et hospitum de Wereuche legitimis annuentes, tenores earundem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, et nostro privilegio duximus confirmandas. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Ascensionis Domini, anno Domini M°CCC°.

(Koppi kéziratai után. *Czech.*)

166.

A nagyváradi káptalan bizonyságlevele, hogy a thasnádi főesperest Zovan helység lakosainak nevében az ottani kolostor barátai ellen óvást tett. 1300.

Capitulum Ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus, presens inspecturis salutem et benediccionem. Quum justa petentibus assensus denegari nequeat, et quod in tempore fit, id litterarum testimoniis humane eripi debeat oblivioni, ne quod male factum, in tempore per abusum justum evadat et stabile. Hinc ad uniuersorum noticiam volumus pervenire, quod universi inhabitatores et possessores ville Zovan in Comitatu de Karazna existentis, medio honorabilis et discreti viri domini Archidiaconi de Thasnad eam nobis significaverunt querelam, quod licet monachi claustri in eadem villa ex eleemozyna Jacobi olim de Kwsal, ante seculum fere exstructi, et abhinc pia et libera ipsorum inhabitatorum eleemozyna sustenti, nullum aliud in ipsam villam et ejusdem inhabitatores habuerint ab antea et semper jus, quam sacra Christi fidelibus administrandi, ne populus in tanta itineris distancia, absque ulla plane spirituali et quotidiana sacrorum consolacione remaneret; ipsi tamem, nescitur quo inducti consilio, aut interdicto, omnes alios sacerdotes ex eadem villa exesse debere pretendant, et honorabilem fratrem Gregorium presbyterum Ecclesie Waradiensis, festiva sacra predicare populo intendentem, ab ipsa Ecclesia cum non levi Sacrosancte Ecclesie scandalo, et in obversum edictorum Episcopalium excluserint, asserentes, se privilegium habere a domino Papa super jurisdiccione plane Diocesana seu Episcopali eorundem in dictam villam exclusive concessa Quum autem ipsi inhabitatores de tali concessione nihil prorsus sciant, nec honorabili viro domino Archidiacono de Thasnad quidquam de eo constet, hinc idem nomine suo, et universorum inhabitatorum dicte ville protestando contradixit,

et contradicendo protestatus est eousque eciam, donec differencia hec coram venerabili in Christo patre et domino Johanne, Dei et Apostolice Sedis gracia Archiepiscopo Ecclesie Colocensis, et Regie Serenitatis Cancellarii, aliisque dominis Prelatis revisa et decisa fuerit. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria quarta proxima post festum Beati Michaelis Archangeli, anno Domini millesimo trecentesimo. Presente venerabili viro domino Stephano Archidiacono Albensis Ecclesie.

(Teutsch és Firnhaber, id. m. I. k. 221. l.)

167.

Az erdélyi püspök a máramarosi tizedek tárgyában az egri püspök ellen a római székhez felebbez. 1300.

Nos frater Stephanus Ordinis fratrum Heremitarum Sancti Augustini de domo Albensi Transsiluanie, et frater Salamon Lector, totusque Conuentus loci eiusdem presentibus quibus expedit significamus vniuersis, quod magister Nycolaus Archidiaconus de Zonuk, Canonicus Ecclesie Beati Mychaelis Archangeli Transiluanie, Notarius domini Episcopi Transiluani, in die Epiphaniarum Domini coram nobis, nomine predicti domini sui quamdam legit cartam appellationis, hunc tenorem continentem.

Dominus Andreas Ecclesie Agriensis Episcopus, etsi sacros canones non ignoret, sacrorum tamen canonum scita non aduertens, ius decimale et iurisdiccionem spiritualem in Marmarisio, que est quedam particula Dyocesis Transsilvane, ubi eadem iura tam lege Dyocesana, quam lege iurisdiccionis ad Ecclesiam Transsiluanam pertinere noscuntur, a domino Rege sibi dari et in persona sua Ecclesie Agriensi donari de

facto postulavit, cum de iure laicis, quamvis religiosis, de rebus Ecclesie nulla sit attributa disponendi facultas; quo intellecto dominus Petrus Dei gracia Episcopus Transsiluanus, curam gregis sibi commissi diligenti portans sollicitudine, facti potenciam formidauit, cum huiusmodi petitorum donacio, ab eo facta, qui donare non potuit, statum Ecclesie minime potuisset perturbare. Supplicauit itaque et per modum simplicis querimonie obtinuit, ut sicut ipsa donacio, si donacio dici mereatur, de facto processerat, et nulla fuit ipso iure, sic de facto reuocaretur, et nulla fuisse pronunciaretur. Dominus autem Agriensis, hijs finibus non contentus, de Ecclesie consorcio inique iudicans, auxilium secularis potestatis sibi postulavit, quia ex hujusmodi donacione credens ius aquisiuisse, dominum Transsiluanum ad forensem judicem, quia ad forum Regium, ad octauas Epiphaniarum Domini, contra canonum precepta citari procurauit, si citacio dici possit; et perceptionem decimarum in Maramorisio, que est intra metas et terminos Dyocesis Transsiluane, per litteras Regias in preiudicium Ecclesie Transiluane fecit de facto, quod de iure non potuit prohibere, sub eo tenore, quod eedem decime terre memorate, et alia iura ex illa proueniencia non alteri Episcopo administrarentur, quam ei, qui litteras Regias de hoc incolis terre eiusdem posset reportare. Et licet iudicium laicalis potestatis retro habitum, in talibus ipso iure sit nullum, quia tamen idem dominus Agriensis, postpositis canonum mandatis, multipliciter laborat, sicut laborauit, Ecclesiam Transsiluanam infestare, et Prelatum eiusdem laboribus multis, et expensis afficere, pro eo, ego Nycolaus Archidiaconus de Zonuk, procurator domini Episcopi Transsiluani in hac parte, per huiusmodi facta inordinate attemptata, scilicet potencia interueniente, sciens Ecclesie Transsiluane preiudicatum, et sciens in posterum posse preiudicari, si non salubri remedio et in refugium oppressorum ordinato, huic citacioni ad non suum judicem facte, debito occurratur in termino, nomine eiusdem domini Episcopi Transsiluani domini mei, ac procuratorio nomine ab huiusmodi injurijs, a parte Episcopi Agriensis illatis, vel a parte eius, quem sibi in iudicem assciuit inferendis, Sedem Apostolicam appello, probaturum me obligo, omnia premissa esse vera; prosequende

appellacionis huiusmodi terminum, tempus a lege indultum pono, Ecclesiam Transsiluanam cum suis iuribus in parte et in toto proteccioni eiusdem Sedis subiicio, et ne aliquid in preiudicium Ecclesie Transsiluane attemptetur, appello, et iterum appello; Apostolos peto, instanter, instantius, et instantissime peto, et si per eum denegantur, per quem dari debentur, saltem illi, qui aures audiendi habent, audiant, et spiritu fideli perscribant, et in scriptis Romane tradant Ecclesie.

In cuius rei testimonium presentes nostras concessimus litteras, sigillo, quo Conuentus vtitur, consignatas. Actum Albe in termino supradicto, anno Domini M° CCC°.

(Teutsch és Firnhaber id. m. 2. köt. 217. l.)

168.

Péter bonzanoi bíró Morosini Mihályt jadrai grófot Magyarország dolgairól tudosítja. 1300.

Egregio, Magnifico ac potenti viro domino Michaeli Mauroceno Comiti Jadrensi Petrus de Bonzano de Tarvisio se ipsum et prosperos ad vota successus. Noveritis, quod ego fui apud Illustrem dominum Regem Ungarie, qui sua gracia me libenti animo vidit, et mittit pecuniam ad Curiam Archiepiscopatus Strigoniensis pro domino fratre Antonio, et promittit mihi, quod in festo Beati Martini mittet quaterna millia librarum denariorum pro facto de Brondolo, et credo, quod omnino mittet; et ego dixi pericula et damna, que domino Duci evenire poterant, si non mitteret, ita, quod omnino mittet; et si factum domini fratris Antonii non posset expediri, imposuit mihi, quod de denariis, quos mittit ad Curiam, solvam dictos denarios. Dominus Rex sanus erat, et bene sciebat adventum nepotis Regis Caroli, et de eo non

curabat. Filii Henrici venerunt (ad Regem?), et filius vester (cum illis); Turchus accipit filiam Henrici Bani in uxorem, que pulcra est, et quam vidi; et me ibi existente omnia concordata erant. Mattheus de (Trenchinio) ad mandata Regis, et alii multi Barones, qui ei fuerant rebelles et infideles, Episcopi omnes et Archiepiscopus Colocensis sunt cum domino Rege, et multi ex eis erant in Curia (Regis, dum) ab eo recessi. Ego vado ad Curiam, quam cicius possum; faciatis, quod concordia firmetur cum aliis de Brundulo. Rex Alamanie circa festum Beati Michaelis erat (Vienne; et promisit, quod suo) auxilio omnes Barones infideles et inobedientes domino Regi Hungarie aut vi aut amore ad ejus obedienciam reducet. Et in estate futura intendit descendere in (Hungariam contra illos, qui) non sunt de partibus illis. Magna guerra est inter dominum Patriarcham Aquilegiensem et dominum Gerardum de Camino; et dominus Gerardus de Castellis est cum magna (potencia in agro) Veronensi cum domino Patriarca, et multa castra de districtu rebellaverunt domino Gerardo de Camino. Datum Veneciis die XVIII. Septembris (1300).

(A „Copia de Commemoriali" czímű velenczei államkönyv I. kötetéből. 53. fol. v.)

169.

Ugyanennek tudósítása III. Endre magyar királyhoz. 1300.

Illustri domino et Excelso Principi domino Andree Dei gracia Regi Hungarie Petrus de Bonzano de Tarvisio, in Romana Curia ejus devotus procurator et serviens, se ipsum ad pedes. Noscat Vestra Exeellencia per presentes, die lune tercio mensis presentis veni ad Curiam Romanam cum omnibus, que mihi dedistis; et dominus Papa die Dominica sequenti veniens de Anagnia intravit urbem. Et aurum, quod mihi dedistis, vendidi Florencie, quatuor millibus et quingentis florenis auri, quos omnes deposui Florencie penes illos de societate de Mozis de Florencia, que est una de melioribus, diciorıbus et fidelibus societatibus (Florencie) et Romane provincie. Dominus Petrus Contareno nondum Romam venit, et non possum (adhuc) certum promittere, aggredi negocium domini Episcopi (Antonii), sicut expediret; sed spero, quod cito a domino Papa negocium vestrum et domini Episcopi feliciter expedietur; et cito per Brunadasium et Manfredinum clarius Majestati Vestre scribam. Et si (adveniret) dominus Petrus, jam scirem (eum informare) de negocio. Sciatis pro certo, quod nepos Regis Caruli contra consilium et voluntatem domini Pape et Cardinalium amicorum suorum missus fuit per dominum Regem ad partes illas, et quod dominus Papa (ei non dedit) aliquod auxilium; et omnes de Curia reputant stulticiam, quod dictus Rex misit eum illuc, et male succedet in Sicilia; et cotidie expectatur in Curia, quia venit ad dominum Papam pro (implorando auxilio. Interea procedatis) cum filiis Henrici Bani, et cum aliis vestris Baronibus, cum quibuspotestis, quia de facili potestis habere puerum in manibus vestris, si vultis. Et ego dixi pluribus Cardinalibus, quod aud(iverim a Majestate) vestra; quod si haberetis puerum in manibus vestris, quod mitteretis eum ad dominum Papam, et multum eis placuit. Dominus Episcopus nihil habet,

ego dedi ei quadraginta marchas secundum quod michi mandastis. (Secus non) dabo ei unicum denarium, nisi mandaretis; et adhuc est debitis obligatus in tercentis florenis auri. Pecunia vestra est bene salva, et ultra vestrum mandatum non expendetur. (Si rescivero), cito rescribam Majestati Vestre meliora. Dominus conservet vos sanum, hilarem et jocundum per tempora longiora. Date Rome XXV. Octobris (1300.)

(A „Copia de Commemoriali" I. kötetéből fol. 54.)

170.

Ugyanannak egy másik tudosítása. 1300.

Nobilibus et potentibus viris dominis Phiofio Mauroceno et Francisco Contareno, propinquis et fautoribus Magnifici Domini Albertini Mauroceno Ducis Sclavonie, Petrus de Bonzano de Tarvisio in Romana Curia existens, se ipsum omni felicitate. (Recepi) vestras litteras continentes, quod cum ego essem Veneciis in domo dicti domini Albertini, debui dixisse suis dominacionibus (magnificis) et eciam domino Donato de Marsilio, cum fuit in Curia, quod a domino Rege Hungarie (haberem certam pecunie) quantitatem convertendam et disponendam pro utilitate et negocio domini fratris Antonii Episcopi; et quod si eius negocium non possit expediri, quod quatuor millia librarum denariorum vobis dare deberem pro (reluendo) possessiones de Brundulo; et quia dictum negocium dicti domini fratris Antonii non est expeditum, nec potest expediri, quod vos miramini, quod dictas quatuor mille libras denariorum vobis non misi, et quod ipsas vobis (mitterem) pro certo; quod dominus Rex mihi non commisit, quod dictam pecuniam vobis darem, et ego dictum Regem in presencia Luysii et Turchi pluries rogavi, quod dictas

quatuor mille libras solvere deberet, et ipse eas (nunc solveret); sed dicebat et dixit pluries, et multocies presentibus dictis Luysio et Turcho, quod medietatem illius pecu nie solveret in festo Beati Martini, et aliam medietatem in festo Circumcisionis Domini; nec unquam aliud ab ipso habere potuimus, et hoc ipsi bene sciunt. Verum est, quod in fine, quando ego recessi ab eo, et ego instarem et rogarem ipsum, quod ipse solveret dictam pecuniam, (dixerit, quod dominus Dux nolit esse solicitus); quia si negocium Episcopi non expediatur, ego ordinabo, quod de dicta pecunia solvatur; non quod dixerit mihi, quod vobis darem, nec quod eas solverem, et multo lubencius ego dedissem eam domino (Duci, quam) dicto domino fratri Antonio, si ab ipso domino Rege habuissem in mandatis; sed feci, quod mihi commisit et mandavit, et ita dixi dominacionibus dictis, et domino Donato. Date Rome etc. (1300).

(A „Copia de Commemoriali“ I kötetéből fol. 54. v. és 55.)

171.

Pál horvátországi bán, öcscse György és fia Mladen, Dalmatia városainak grófjai egy-, és Henrik goriczai gróf más részről, esküvel kötelezik magokat, hogy gyermekeiket összeházasítják. 130Q.

In nomine Domini Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo, Indiccione terciadecima, die undecima intrante Augusto. Actum Salone presentibus testibus infrascriptis. Quum omnium habere memoriam pocius est Divinitatis quam humanitatis, ideo valde necessarium existimatur, ut quelibet hominum acta utilia scripturis testimonialibus declarentur. Ad universorum igitur noticiam presentis instrumenti testimonio reducatur, quod Illustres et Magnifici viri, domini Paulus Banus Croatorum, et Georgius frater, Mladenusque eius filius, ciuitatum Dalmacie Comites ex una parte, et nobiles viri domini Pongracius de Vipico miles, ac Volricus filius domini Hugonis de Deuonio, ceteri nuncij Illustris viri domini Henrici Comitis Goricie, de uoluntate et consensu dominorum Illustrium Alberti patris, et Alberti junioris fratris eius, Comitum solempni scriptione (így, stipulacione) promiserunt, qud si dictus dominus Paulus Banus, vel dominus Georgius frater eius, Comes Dalmacie, vel dominus Mladenus Comes, dicti domini Pauli bani filius, infra spacium sex annorum prius futurorum filiam habebit legitimam, cum ipsa filia et filio supradicti domini Henrici Comitis Goricie Raynaldo nomine matrimonialis copula contrahetur. Aut si dictus Comes Henricus habebit filiam legitimam cum vno ex filijs dominorum Bani Pauli, vel Comitis Georgij fratris sui, aut Mladeni dicti domini Pauli Bani filij matrimonium contrahetur. Pro quo matrimonio attendendo sepedicti domini Paulus Banus Croatorum, et Georgius Comes Dalmacie frater eius, ac Mladenus, dicti domini Pauli Bani filius Comes, prestiterunt tactis Sacrosanctis Euangelijs corporaliter jura-

mentum, omni fraude et dolo remotis. Omnibus vero hijs et singulis supradictis venerabilis pater dominus Micislauus (?) Dei gracia Episcopus Corbauiensis, dominus Vulcetta Potestas Nonensis, domini Georgius, Marcus ac Gregorius nobiles de Berber, Obraddus Castellanus de Pocitessi, et Radoslauus Protonotarius sepenominati domini Pauli Bani, et alij quam plures uocati et rogati testes fuerunt. In cuius rei testimonium ac perpetuam roboris firmitatem, sepefati domini Paulus Banus, Georgius et Mladenus fratres eius, ac Mladenus prenotati domini Pauli Bani filius, instrumentum presens fecerunt sigillis eorum pendentibus munimine roborari.

Ego Canapane de Anchy Canonicus Traguriensis, auctoritate Imperiali Notarius, interfui et rogatu s scripsi et publicaui, meum solitum signum apponens.

(Jegye keresztforma, különféle czifraságokkal.)

A császz. titkos levéltár eredetejéről. Mind a három pecsét épségben van. *Hatvani Mihály*.)

172.

III. Endre király a nyulszigeti apáczák népeinek vámszabadságát biztosítja. 1301.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis vniuersis collectoribus tam denariorum, quam victualium pro tempore constitutis salutem et graciam. Cum vniuersi populi religiosarum et Deo deuotarum dominarum sororum de Insula Virginis Gloriose, vbique locorum in Regno nostro existentes, iuxta tenorem priuilegiorum dominorum St(ephani) et Ladislai,Illustrium Regum Vngarie, karissimorum fratrum nostrorum patruelium, ac nostrorum, ab omni genere collectarum, denariorum scilicet et victualium, pure et simpliciter sint exempti, fidelitati vniuersitatis vestre precipimus firmiter et districte, quatenus dictos populos occasione collectarum, quocunque nomine censeantur, non presumatis aliquatenus molestare, uel exigere aliquid ab eisdem; et aliud facere non presumatis ullo modo, alioquin indignacionem nostram sencietis grauiter incurrisse. Datum Bude in octauis Epiphaniarum Domini, anno eiusdem M° CCC° primo.

(Eredetje a budai kir. kamarai levéltárban.)

173.

III. Endre király megerősíti azon szerződést, mely által Wárdai Péter Buzd helységét Vinczi Herbordnak eladta. 1290—1300 körül.

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Herbordus filius Heneng de Vinch, exhibuit nobis priuilegium Capituli Ecclesie Beati Michaelis Transsiluane super facto empcionis cuiusdam possessionis sue Buzd uocate per Tomam filium Petri de Warga sibi tradite confectum; petens a nobis cum instancia, ut ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur privilegio confirmare. — — — Cuius quidem priuilegij tenor talis est :

Capitulum Ecclesie B. Michaelis stb. (következik az erdélyi káptalan bizonysága, mint alább 175. sz. a.)

Nos gitur iustis peticionibus ipsius Herbordi fauorabilem consensum adhibentes, predictum priuilegium Capituli Ecclesie Transsiluane non cancellatum, non abrasum, nec — — — presentibus inseri faciendo patrocinio presentis nostri priuilegii duximus confirmandum. In cuius rei memoriam perpetuamque fir — — — — discreti uiri magistri Theodori Albensis Ecclesie Prepositi aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti et fidelis — — — —

(Teutsch és Firnhaber Urkundenb. z. Gesch. Siebenb. I. k. 223. l.)

174.

III. Endre király megerősíti Soprony város szabadságait 1290—1301.

Andreas Dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis ciuibus seu hospitibus de Suprunio salutem et graciam. Quia Comitem Wlwynum et magistrum Andream conciues vestros cum litteris vestris ad nos ad partes tam remotas, ad visitandam personam nostram, et ad propalandam querimoniam vestram ad nos transmisistis, fidelitati vniuersitatis vestre referimus multas grates. Propter quod vestram in omnibus fecimns et faciemus voluntatem. Super eo autem, quod perterriti fuistis, quod nos magistrum Johannem Comitem Supruniensem et Comitem Castriferrei vobis in Capitaneum prefecimus; noveritis, quod non fecimus, ymo conseruabimus vos in illa et eadem libertate vestra, in qua a tempore dominorum Bele et Stephani Illustrium Regum Hungarie felicium recordacionum, karissimorum auorum nostrorum, iuxta ipsorum continenciam priuilegiorum permansistis usque modo. Et id uobis faciemus data fide nostra Regali, et adhuc in pluribus vestram peticionem admittemus, sicut in libertate vestra priuilegium Regis Ladislai continet, et nostro confirmauimus priuilegio. Item concessimus, quod sagittarios populos, quos dominus Stephanus et dominus Ladislaus Reges uobis in socios deputarunt, relinquimus et nos vobis, in eadem libertate permansuros. Coniam volumus, quod vos in vestra libertate conservetis iuxta omnia. Datum in Iwanch feria II. proxima post festum Sancti Petri ad Vincula.

(Soprony város levéltárából. *Hatvani Mihály.*)

175.

Az erdélyi káptalan bizonyságlevele, hogy Wárdai Tamás Buzd birtoknak felerészét Winczi Herbord grófnak eladta. 1290—1301.

Capitulum Ecclesie Beati Michaelis Archangeli Transsiluane vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Vniuersorum noticie tam presencium quam futurorum harum serie declaramus, quod Thomas filius Petri de Warda, presencialiter coram nobis constitutus, et confessus se totalem medietatem cuiusdam possessionis sue Buzd uocate, indistincte, indiuise et inseparate, absque metis, signis seu terminis, tam in terris arabilibus, quam in alijs, uidelicet pratis, fenetis, siluis, uirgultis et nemoribus, ut per suos progenitores ipsa terra ab antiquo est habitata et possessa, dedisse, tradidisse et irreuocabiliter uendidisse, pro duodecim marcis fini argenti Comiti Herbordo filio Heneng de Winc, possidendam iure perpetuo per filios filiorum, acceptis et plene habitis ipsis duodecim marcis per ipsum Thomam, ut idem dixit, a Comite Herbordo prenotato. Que quidem possessio a parte meridionali terris uille Ruhcmark, a parte occidentali terris filiorum Cheel, Spreng uocatis, a parte uero septentrionali et orientali terris Scekes commetatur. Vt igitur presens uendicio et empcio perpetuo perseuerent, ad instanciam et peticionem Thome ac Herbordi predictorum presentes concessimus litteras munimine autentici sigilli nostri communitas — — Datum anno Domini — — — — —

(Teutsch és Firnhaber id. m. I. köt. 223. l. l. fent a 173. számot.)

176.

Moha fiai és a Vigmán nemzetség emberei Tarján birtok felett az esztergami káptalan előtt egyezkednek. 1290—1301.

Nos G. Prepositus et Capitulum Ecclesie Strigoniensis damus pro memoria, quod cum inter Mahariam, Marhardum et Mohor filios Moha ac generaciones eorum ex vna parte, Nicolaum filium Myke, Martinum filium Mycou, Myke filium Naney, Moysem filium Thome, Nicolaum et Jacobum filios Opoch de genere Vigman ex altera, super terris Canzeri fratris ipsorum, quas in terra Tarian tam ex donacione Regia, quam titulo empcionis possederat, coram magistro L. Judice Curie domini Regis, Comite Zaladiensi, exorta fuisset materia questionis, et eodem judice permittente, taliter inter partes extitisset ordinatum: Quod dicti filij Moha terram eiusdem C., quam ex donacione Regia obtinuerat, prefatis Nicolao et — — suis reliquissent pacifice possidendam; aliam uero porciunculam eiusdem terre, quam idem C. possederat titulo empcionis, domos — — in eadem terra existentes predicti Nicolaus et socij sui cum quatuor marcis minus fertone in quindenis Sancti Michaelis ad se redimere deberent coram nobis, partim in denarijs stateralibus, partim in denarijs manutentis; et pars de ista composicione resiliens in duplo dicte pecunie remaneret, prout in litteris prefati judicis vidimus contineri; partibus in predicto termino coram nobis constitutis, sepedicti Nicolaus et socij sui parati erant pecuniam soluere memoratam, quam nobis presentauerunt, et adversa pars se eis ad satisfaccionem offerebat; sed Petrus filius Tynan pro se, et Abraam Ecclesie nostre prebendarius pro Egregio fratre eiusdem Petri coram nobis constituti, predictum contractum inhibue-

runt dicentes, quod empcio, uel redempcio prefate terre competeret P(etro) et G(regorio) supradictis.

(Hártya. Külbehajtásain a kisebb pecsét nyoma. Megfontolásra méltó, hogy keltének ideje nincs kitéve, sőt a szokásos befejezés is hiányzik. Pozsonykáptalani országoslevéltár. Capsa XIV. Fasc. 1. Nro. 7. *Knauz.*)

Ó-szláv nyelven szóló okmányok.

177.

Ilona szerb királyné barátságot fogad a raguzaiaknak.
1273—1314.

Іѥлѣна, милостию божиѡвь кралица все српске земле и поморьске, ѡбѣтѹю се архиепискѹпѹ дѹбровьчькомѹ и кнезѹ и всои опкинѣ градьскои ѹ господа бога вседрьжитела и ѹ прѣчистѹ іего матерь и ѹ чьстны и животворещи крьсть господьнь и ѹ света божиꙗ іеваньгелиꙗ и три ста и ѡсмь десеть ѡтьць никѣискихь и ѹ все свете богѹ ѹгодивше ѡть вѣка, како хкю любити вьсь градь, и како мѹ приꙗю владыке, кое сѹ ѹ градѣ, тако да га и ꙗ люблю, и такоге да мѹ приꙗю. и ако придѹ кѹпци дѹбровьчци бес-крала ѹ мои дворь, що имь исхаби моимь посланиемь или на мое приꙗтельство или нѣкто властелинь или кто годѣ, все да имь ꙗ плакю. и ако име хтѣти краль послати воискѹ на Дѹбровникь или гѹсѹ или що годѣ пакостити Дѹбровникѹ, да е ѡдь мене вѣдѣние ѹ градѣ, колико наивеке могѹ брьзо, и да сьмь ѹ всакѹ вашѹ неволю. и овози ꙗ пишѹ маломѹ братѹ Никѹлѣ и братѹ егови Франьчискѹ, и госпомь дѹбровьчьскимь Михоилѹ Беньчѹликю и Петрѹ Богданикю. и сие писание пишѹ на Семиюнь дьнь ѹ Брьнацѣхь. и овози е име архиепискѹпа дѹбровьчкога Ꙗлиꙗрда и кнеза дѹбровьчкога Ивань Сторлать, ѹ кое се врѣме сиꙗ книга писала. и ꙗ поставлаю мою печать на сиіеи книзѣ.

Іѥлѣна миаостию божиѡвь кралица все српске земле и поморске.

(Tvrtkovics, Szrbszkij Szpomeniczi, Belgrád 1840. 36. l.; Miklosich, Monumenta Serbica. Bécs 1858. 69. l.).

(Magyar fordítás).

Ilona Isten kegyelméből az egész szerb és tengermelleti föld királynéja, fogadom a raguzai érseknek és kenéznek, s a város egész községének az uristenre mindenek fenntartójára, s az ő legtisztább anyjára, s az úr tiszteletteljes és életadó keresztére, s az isteni szent evangeliumra, s a nikaeai 380 atyára, s minden szentekre, kik öröktől fogva kedvesek Isten előtt: hogy szeretni fogom az egész várost, s a mint kedveznek neki a város feletti uralkodók, úgy én is fogom szeretni, s fogok kedvezni neki. S ha majd eljönnek a raguzai kereskedők udvaromba, mely a királynak nincs alárendelve, a miben fogyatkozást szenvednének küldetésem vagy barátságom folytán, vagy valamely főuram, avagy akárki által, mindazt nekik fizetem. S ha a király hadat küldene Raguzára, avagy kalózokat, vagy akármiben kárára törekedne Raguzának, lehetőségig minél előb a városnak tudtúl fogom adni, s minden kedvezőtlenségben részeteken leszek. S imezt fogadom írásban Miklós ferenczrendünek, és az ő szerzettársának Ferencznek, s Bencsulics Mihálynak és Bogdanich Péternek raguzai polgároknak (gosztom, vendégeknek). S ezen írást készítém juniushó hetedik napján Bernaczjában. S a raguzai érseknek neve Alijard; a raguzai kenéznek neve pedig Sztorlat Iván. S én pecsétemet ezen levélre teszem.

Ilona Isten kegyelméből királynéja az egész szerb és tengermelletti földnek.

178.

II. Uros István szerb király megerősíti István király adományát a Meleda szigetén lévő bold. asszonyi kolostor számára. 1275—1321.

Стефань Оурошь, по милости божиіеи краль, оуноукь господина ми кралꙗ Стефана, синь господина ми кралꙗ Оурошл, видѣвь створениіе господина дѣда ми кралꙗ Стефана манастирью светыіе богородице иже на Млѣтѣ, никакоже дрьзьноухь разорити прѣдьложенньыхь нимь, не паче потвьдихь, аще бо и вь грѣсѣ соущоу ми, нь вѣтвиіе іесемь благааго корене свѣтихь господь родитель моихь. тѣмьже аще ктоѡ дрьзнеть разоритии прѣдьложенаѣ светыимь господиномь дѣдомь ми и мьною потврьждениꙗ, такоkии да боуде проклеть ѡть господа бога вьседрьжитела и прѣсвете богородице, и да мꙋ іе соупьрьница света богородица на страшьномь соудищи, и ѡть мене грѣшьнаго да іе проклеть. сего ради писавь и подьписахь.

Стефань Оурошь по милости божиіеи краль и самодрьжьць вьсе срьпьске земль поморьскиіе.

(Miklosich id. m. 71. l.; v. ö. Okmánytárunk I. kötetét 358. l.).

(Magyar fordítás).

Uros István Isten kegyelméből király, István király uramnak unokája, Uros király uramnak fia; látván ősem uram, István király kegyelmét, melyet Isten szent anyja templomának tett Melédában; semmikép nem mertem megrontani ezen előttem tett alapítványt, söt inkább megerősí-

tettem; mert ámbár bünös vagyok, mégis szentül elszenderült szülő uraim kegyességi gyökének vagyok sarjadéka. Miért is, ha valaki megrontani merészelné azt, mi szentül elszenderült őseim uraim által, és általam volt megállapítva, ilyen meg legyen átkozva az úristentől, mindenek fenntartójától, és a legszentebb istenanyától; s az utolsó itélet rettenetes napján legyen vádlója Istennek szent anyja; s tőlöm bünöstől is legyen megátkozva. Ennél fogva ezt írtam és aláírtam.

Uros István Isten kegyelméből királya és önuralkodója az egész szerb földnek és a tengermelléknek.

179.

II. Uros István szerb király Hvostnóban alapít sz. Miklós tiszteletére kolostort. 1275—1321.

† Господь възнесь се на небеса да поустить мировїи ȣтѣшителꙗ; небеса ȣготоваше прѣстоль іего, ѡблаци вѣль— — — лепїіе славїи царствїа іего, аггелы сего хвалеще дивише се, прѡрочаскаꙗ свршающаа и дивнаꙗ вь чловѣцѣхь творѣщааго, рече бо: вь ѡни дьни извѣю ѡть дȣха моіего на вьсакȣ пльть, и пакы: вь ѡтьць твоихь мѣсто быше сыновѣ твои; и пакы: небеса исповедають славоу божїю. кь симь оубо правовѣрїю оушеса на слышанїіе приложиты подобаіеть и вь разоумь вьнетїа; правовѣрїа бо строителю и вѣликааго Сиѡна ѡбражающе вь жити сѣмь нарицають се исповѣдающе и вь — — — ажающе славоу божїю, ихьже паметь не прѣстающїи и жизнь некончаіема, слишаше бо бога рекша: любеи ме бьзлюбліень боудеть ѡтьцемь моимь, и азь вьзлюблю и, и ѡбрѣщоу посрѣдѣ его волю мою, по сихь же ѡбитель бо ѡтьца моіего сьтворoу іемȣ. о блаженноіе слы—

шаніе, о блаженное ѡбещаниіе, о блаженна надѣжда. ꙗже ѡбещіанна бысть —— светаго корѣне боголюбіе вѣтвін, иже вь (еди)но сьвькоупивь боголюбива юлышаніа и видѣніа и (тр)оуди и поты своими потише се сьтворитї ꙗ, б(лаж)еннаго и боголюбиваго наричю Стѣфана кралꙗ Владислава всѣ срьбскїіе землие и поморскіе, вьноукь светаго Симеѡна Неманіе и сына Стѣфана кралꙗ, вь мнишьскѡмь ѡбразе нареченнаго Симона монаха, иже богодарованима іемоу прозорливама доуховнима и любазнима ѡчнма кь владицѣ и вьзносителю елеѡнскомоу проз(ва) іего божьставнаго телѣсе стопи коньчнеіе статиꙗ вьс(пом)инанїи сьтварїи, рекше вьзнесеніа храмь на мест(ѣ) нарицаемемь Милѣшева жоупе Чрьнои Стѣне, егоже божествьными и чловѣчьскїими красотамїн ȣкрашень и сели и влах(ы) ѡбластїи прѣдавь мнѣ сь богомь господствоующоумоу тогда кралю и пакы сь богомь самодрьжьцл всеи срьбскїи земли и поморскїи Стѣфанȣ Оурошоу блаженоую свою доушоу вь роуцѣ любимомоу Христоу прѣдаа. тѣмже и азь Стѣфань Оурошь потьщах се родителіемь моимь и прародителіемь сьздати храмь светомоу архиѣрею и чоудотворцоу христовоу Николи вь Хвоснѣ на реци Бистрици близь вѣликїіе архїепїскопіе срьбскїіе, и сїи свети храмь сьздахь вьп — роучїи вьзнесенїа господнꙗ рекше Милешева, идеже почиваіеть прьвїи архїепискȣпь и оучитель срьбскы и прародитель нашь, светитѣль христовь Савва, вь испокоенїіе братїамь ѡть светаго манастира, намь же и родителіемь нашимь и прародителіемь вь вѣчни помень. и кога богь изволи —— владати землею сею, на того вьзлагаю всако —— тителство, и приложихь храмоу семȣ вь оукрѣплиеніе и —— Стльпь, а мега мȣ оу Градска воденица Петрашикь потокомь и ртомь на стȣденаць чрьнгарȣ на Ковачеваць надь Жїѡчицоу камень, ѡть Жїѡчице косомь, како ками вали, оу Любешь потокь, Любешь потокомь и оу Бистрицоу, тебѣ, ѡтьче свети Николаіе —— прїіемлие мило-

стїи помощь, тѣмь многогрѣшны Стефань Оуромь кь тебѣ прибегохь, мои застоупниче тепль, вса сїи приложихь храмоу твоемѹ, да аще кто дрьзнеть, ѡдрьжимь завистїю сотон(ин)ою дарованныихь мною вьнѹтрьнихь домоу и вьнешнихь, таковїи да боудеть проклѣть вь сѣмь вѣце и вь боудоущѣмь ѡть господа бога вседрьжитела и ѡть прѣчистїе и прѣнепорочнїе и приснодѣви Марїе владичице богородице и ѡть всехь светїи(хь) богоу ѹгождашихь ѡть вѣка аминь. и да боудеть причесникь прѣдателıемь сь распаншими господа и рек шими: крьвь его на нась и на чедехь нашихь; и ѡть богодарованнаго намь (в)ѣнца да боуде проклѣть. аминь, аминь, аминь.

† Стѣфань.в̄. Ѹрошь госпѡдинь вьсе срьбскїе земле и пѡмѡрьскїе.

(Miklosich id. m. 71. l.).

(Magyar fordítás).

Az úr fel szállt az egekbe, hogy a világnak küldje a vigasztalót; az egek készítették trónját, a felhők — — — birodalma nagyszerű dicsőségét, az angyalok pedig dicsőítve csodálták őt, a megjövedelteket teljesítőt és az emberekben csodákat tevőt; mert azt mondta: „Az napon rá lehelem szellememet minden élőre“; és ismét: „Az egek hirdetik a te dicsőségedet“. Ezekre az igaz hit irányozza hallgatás végett figyelmét; mert azok, kik az igaz hit építőjét és a nagy Siont ezen életben képviselik, neveztetnek hitvallóknak, s ez — — — — — — Isten dicsőségét terjesztik; kiknek emléke meg nem szűnik, s életük végnélküli, mert az Istent hallották, midőn azt mondta: „A ki engem szeret, megszereti azt atyám, s én is megszeretem őt, és megtalálom benne saját akaratomat, s ennél fogva atyám lakát készítem neki“. Oh boldogságos hallás! boldogságos igéret! boldogságos remény! a mint megigértettél — — — — Isten szeretete szent gyökeréből való ágozat. A ki egybegyűjtvén az

